This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

Digitized by Google

WID-LC
BR
63
.F72
X

GIFT OF

ANDOVER-HARVARD

HARVARD COLLEGE LIBRARY

Digitized by Google

Digitized by Google

172

FRAGMENTA PATRUM GRAECORUM

EDIDIT ET ILLUSTRAVIT

FRIDERICUS MÜNTER

A. M.

FASCICULUS I.

HAFNIAE 1788.

SUMTIBUS CHRISTIANI GOTTLOB PROFTII,
REGIAE UNIVERSITATIS HAVNIENSIS BIBLIOPOLAE.
EXCUDEBAT JOHANNES FRIDERICUS SCHULTZ,
EJUSD. UNIVERSITATIS TYPOGRAPHUS.

DIVINITY SCHOOL LIBRARY. HARVARD UNIVERSITY

3761
93

Digitized by Google

WID-LC
BR
63
.F72
x

HARVARD UNIVERSITY
LIBRARY

DEC 23 1981

71*12

Digitized by Google

PRAEFATIO.

Cum ſolertibus antiquitatum eccleſiaſticarum ſcrutatoribus nihil ſit prius antiquiusve, quam monumentorum e primis civitatis chriſtianae ſaeculis, licet parvorum et exiguorum, indagatio; maxime autem illorum, quae vel auctorum de religione inſigniter meritorum reliquias eſſe, vel ſaltem novos hiſtoriae fontes aperire, compertum ſit; ego quidem viris doctis haud ingratum munus me oblaturum eſſe mihi videor, fragmenta aliquot Irenaei, Theo-

Digitized by Google

dori aliorumque Patrum publicam in lucem heic emiſſurus. Quam quidem meſſem poſt Combefiſii, Halloixii, Muratorii, Grabii, Monteſalconii, Pfaffii denique curas exiguam fore, quis miretur, plurimam codicum graecorum partem a tot tantisque viris dudum perluſtratam fuiſſe, perpendens; nullos vero, ſi paucos, qui olim in bibliothecis latuere, eruditionis novae theſauros exceperis, acceſſiſſe. Quam ob rem equidem vehementer laetor, bona mihi fortuna, cum nonnullas in bibliothecis italicis *Catenas*, quas dicunt, in ſingulos S. Scripturae libros, evolverem, contigiſſe, quod in haec Patrum antiquiorum fragmenta per codices ſparſa inciderem. Quorum licet numerum, priusquam cum jam editis ea con-

Digitized by Google

conferre itineris curae variaque negotia concederent, majorem fore mihi gratulatus fuerim; ea tamen, quae, comparatione asſidua cum editionibus Patrum theſaurisque anecdotorum inſtituta, curis meis relicta ſunt, ſat ampla, eaque haud indigna fore arbitrari audeo, quae inſtar ſupplementi majoribus ejusdem generis collectionibus addantur. Noſtra enim, quae in hiſce pagellis edimus, fragmenta neque in opulentioribus celebrioribusque anecdotorum theſauris, neque in catenis Patrum typis deſcriptis, haberi, quin certo aſſeram, non dubito: verum, fueritne vir doctus, qui eadem, qua ego, propitia ſorte uſus, in quaedam ex his ipſis fragmentis inciderit, eaque poſtea in ſingulari libello edi curave-

Digitized by Google

rit; id, cum non omnes ubivis omnibus numeris abſolutae ſint bibliothecae, cum praeterea viro juveni non omnes litterarias opes noſſe haud ſit dedecori, me ignorare lubens fateor. Viros tamen in hac ſtudii theologici diſciplina verſatos, ſi ejusmodi quoddam opuſculum me neglexiſſe comperiant, id in publicis de rebus litterariis commentariis humaniter indicent, rogo.

Duo maxime extant fontes, ex quibus ad hunc usque diem reliquiae Patrum hauſtae ſunt; quorum alterum, aliorum nimirum Patrum opera, ſedulo adierunt collectores analectorum. Etenim, ut ex Stobaeo, Athenaeo, Scholiaſtis, caeterisque ſcriptoribus graecis, non ſolum lyricorum epicorumque, verum etiam hiſtoricorum

et

Digitized by Google

et philoſophorum innumera prope colliguntur dicta, quin et integra capita; ita quoque, ut alios taceam, Irenaeus, Clemens, Jo. Damaſcenus, Photius, Euſebiusque, hiſtoriographorum civitatis chriſtianae recens natae facile princeps, plurima tum illorum eccleſiae Patrum, quorum partes ſuperſtites ſunt, tum eorum, qui in maximum litterarum et religionis detrimentum penitus interiere, immò etiam haereticorum, inter quos gnoſticae ſectae conditores eminent, inſignia fragmenta poſteritati transmiſerunt. Quibus vero ſcriptoribus, locos deperditos reſtituentibus, librosque plerumque indicantibus, ex quibus eos hauſerunt, primis quippe aevis vicinioribus, tantisque, quibus nos deſtituimur, codicum copiis inſtructis,

 inte-

Digitized by Google

rit; id, cum non omnes ubivis omnibus numeris abſolutae ſint bibliothecae, cum praeterea viro juveni non omnes litterarias opes noſſe haud ſit dedecori, me ignorare lubens fateor. Viros tamen in hac ſtudii theologici diſciplina verſatos, ſi ejusmodi quoddam opuſculum me neglexiſſe comperiant, id in publicis de rebus litterariis commentariis humaniter indicent, rogo.

Duo maxime extant fontes, ex quibus ad hunc usque diem reliquiae Patrum hauſtae ſunt; quorum alterum, aliorum nimirum Patrum opera, ſedulo adierunt collectores analectorum. Etenim, ut ex Stobaeo, Athenaeo, Scholiaſtis, caeterisque ſcriptoribus graecis, non ſolum lyricorum epicorumque, verum etiam hiſtoricorum et

Digitized by Google

et philoſophorum innumera prope colliguntur dicta, quin et integra capita; ita quoque, ut alios taceam, Irenaeus, Clemens, Jo. Damaſcenus, Photius, Euſebiusque, hiſtoriographorum civitatis chriſtianae recens natae facile princeps, plurima tum illorum eccleſiae Patrum, quorum partes ſuperſtites ſunt, tum eorum, qui in maximum litterarum et religionis detrimentum penitus interiere, immo etiam haereticorum, inter quos gnoſticae ſectae conditores eminent, inſignia fragmenta poſteritati transmiſerunt. Quibus vero ſcriptoribus, locos deperditos reſtituentibus, librosque plerumque indicantibus, ex quibus eos hauſerunt, primis quippe aevis vicinioribus, tantisque, quibus nos deſtituimur, codicum copiis inſtructis,

 inte-

Digitized by Google

integram prope ſemper habendam eſſe fidem, niſi juſta ex indole et conſilio eorum oriatur ſuſpicio, facile concedendum eſſe arbitror.

Quae vero in altero monumentorum eccleſiaſticorum fonte occurunt difficultates atque impedimenta, quamvis nonnunquam penitus tolli vel ſaltem aliquatenus amoveri queant, ea tamen multo majorem artis criticae et eruditionis ſacrae poſcunt copiam. Scilicet in catenis, ab hominibus variae indolis, conditionis, eruditionis, vario denique tempore compilatis, inter innumeros in operibus Patrum editos ſaepenumero quoque habentur loci nondum editi, ſingulis quibusdam Patribus vel in margine codicis, vel in ſerie linearum tributi, quos qui-

Digitized by Google

quidem haud conſtanter iisdem Patribus aliis in codicibus adſcribi, aut adeo ἀνεπιγρά-φους reperiri, obſervarunt, qui ejusmodi catenas manu exaratas tractavere. Ex quo, jure id quidem, tum dubia de fragmentis naſci poſſunt, ſintne iisdem auctoribus tribuenda, quorum nomina titulis inſcripta inveniuntur, an aliis? tum etiam diſceptationes, ubi in codicibus eadem diverſis tribuuntur Patribus. Cum vero ex comparatione illorum fragmentorum, quae typis exſcripta ſunt, intelligi poſſit, quaenam in caeteris, iisque anecdotis, fides codicibus habenda ſit: auctoritas quoque inſcriptionum, quae in fronte fragmentorum leguntur, facile ex ipſa codicum indole definiri poterit. Ubi enim ex fragmentis idem ſaeculi genius,

Digitized by Google

eadem exponendae ſacrae ſcripturae ratio, quinimo eadem dogmatum ſeries apparet, quae ex ipſis auctoribus notae ſunt, cur ultra fas dubitandum ſit, non intelligo. Adcedit, longe plurimos catenarum codices ſaeculis XI et XII exaratos eſſe, quibus major omnino antiquorum librorum, quos jam perditos dolemus, copia extabat; pluresque adeo fontes, majoraque adfuiſſe ſubſidia iis, quos aut ſtudii privati commodum, aut temporum locique ratio impellebant, ut ex immenſis commentatorum voluminibus inſigniores ſententias in unam congeriem conferrent. Quam ob rem canones nonnullos criticos proponere audeo, in examine catenarum mſſ. quantum equidem ſentio adhibendos; quos, ut diiudicent,

Digitized by Google

an digni ſint, qui adhibeantur, peritiorum ſententiae modeſte ſubmitto. Scilicet

I. Catena auctoris, cujus doctrina, tempus, et ſtatus innoteſcunt αγεπιγραφω praeferenda.

II. Catena, quae, praeter plurimos locos ex clariſſimis Patribus, Chryſoſtomo nimirum, Baſilio, utroque Gregorio exſcriptos, nonnulla paſſim aliorum P. P. fragmenta exhibet, alteri ex innumeris Patribus compilatae.

III. Catena, quae ſemper auctores locorum nominat, illi, quae non niſi paſſim.

IV. Catena, quae auctores in textu nominat, illi, quae ſemper in margine.

V. Catena denique, quod ultimo quidem loco habendum, quae, majori ductuum litte-

Digitized by Google

litterarumque elegantia, auctorum illa nomina exhibet, alteri, confuſe, innumeriſque abbreviationibus exaratae, quo facilius errores ex nominibus ſimillimis oriuntur, praeferenda eſt.

Quod denique ad fragmenta, quae in lucem emitto, ſummatim attinet, brevibus praefari lubet. Plurimam enim partem, Irenaei imprimis, et Theodori Mopsveſteni, Romae exſcripſi in Bibliotheca Corſinia ex ſchedis viri docti, quem ego Cl. Fogginium, Bibliothecarum Vaticanae et Corſiniae olim praefectum, credo. Ille enim ex variis codicibus vaticanis: quos in fronte ſingulorum fragmentorum indicabo, editionem ανεκδοτων procul dubio meditans, fragmenta haec collegit, morte dein interceptus.

Digitized by Google

ceptus. Ex quo ſuſpicari licet, quot in Bibliotheca Vaticana aſſerventur eruditionis ſacrae theſauri, quos inde a quinquennio jam elapſo ad hunc usque diem invidia praefecti, qui magnos humaniſſimosque viros, Allatium, Holſtenium, Aſſemannum, Fogginium denique parvulus barbarusque excepit, invito ipſo Pontifice, indignantibusque, quotquot litteris favent, proceribus romanis, atra nocte tegit. Ea enim eſt Romanorum in promovendas bonas artes et amplificandam univerſam eruditionem ſingularis propenſio, qua, non ad publicos ſolum, ſed ad reconditiores etiam in aedibus principum coenobiorumque penetralibus librorum theſauros, cuique, dummodo ſtudiis, moribusque ſeſe commendet, liben-

tes

Digitized by Google

tes lubenteſque aditum aperiant; ſolis Vaticanis occluſis. Caeteros denique codices ex quibus ea quae hoc in faſciculo exhibentur fragmenta collegi, in fronte fragmentorum indicabo. Dabam Hafniae ipſis Kal. Septembr. CIƆIƆCCLXXXVII.

PAPIAS.

Digitized by Google

P A P I A S.

Fragmenta Papiae, hierapolitani epiſcopi, quem antiqua eccleſia Joannis, vel Presbyteri, vel Apoſtoli, auditorem fuiſſe aſſerit, exigua ea quidem, neque ob fabuloſam narrationum indolem magni pretii habenda ſunt. Cum vero antiquiſſimas nonnullas, quae de Chriſto et Apoſtolis in eccleſia ore tradebantur, *των αυτοπτων* exhibeant commemorationes, viſa ſunt ea, quae inter alia primitivae eccleſiae monumenta colligantur, conſerventurque. Ego quidem definire neutiquam audeo, an elogium Euſebii III. 38. H. E. quo *ανηρ τα παντα λογιωτατος, και της γραφης ειδημων* fuiſſe dicitur, genuinum ſit, adjectumne ab imperito quodam grammatico; militantibus pro utraque ſententia viris doc-

Digitized by Google

doctiſſimis, Valeſio et Grabio. Mihi tamen hoc Euſebii de Papia effatum cum altero ejusdem, quo σφοδρα σμικρος ων τον νουν dicitur, non obſtantibus iis, quae Grabius (Spicil. II. p. 28. 29.) docet, conciliari nullo modo poſſe, videtur. Licet enim ex prioribus, quae Euſebio tribuuntur verbis, concedas, facundum, rerumque eccleſiaſticarum peritum eum fuiſſe (qui ſenſus heic eſt vocis λογιωτατος); poſteriora tamen, quibus ſcripturarum peritus dicitur, cum manifeſta Euſebii enunciatione pugnant, eum mediocri admodum ingenio praeditum fuiſſe. Quam ſententiam eo argumento probat, quod *male* apoſtolorum narrationes *intellexerit*, eaque, quae arcano quodam ſenſu et exempli cauſa ab iis dicta ſint, *non ſatis perſpexerit.* Neque pauca ea, quae Papiae conſervata ſunt, duriuſculam Euſebii ſententiam refellunt: quis enim caecus adeo eſt, qui non viderit, narrationes eum tradere incertas, quales non eſſe non poſſunt ex traditione orali hauſtae? Quibus tamen haud equidem negaverim, in libris quinque, quos de praedicatione dominica ſcripſerat Papias, vera genuinaque nonnulla enunciata fuiſſe;

eaque

Digitized by Google

eaque a viris artis criticae peritis, ponderata, cum aliis collata, ex internis denique, quae cuilibet narrationi inſunt, veri falſive criteriis dilucidata, ſingularia ad majorem temporum apoſtolicorum cognitionem ſubſidia, ſi Papiae libri, quos a tot inde ſaeculis perditos dolemus, ſuperſtites eſſent, datura fuiſſe. Illos quidem Trithemius, *extat,* inquiens, *opus inſigne, quinque voluminibus diſtinctum, quod praenotavit ſit: explanationum ſermonum Domini Lib. V;] alia quae ſcripſit non vidimus,* ſuo tempore ſuperſtites, et a ſeipſo viſos fuiſſe, indicare videtur. (Caveus not. ſcript. eccl. in Papia) Ex quibus ſpes oritur fore ut olim, quemadmodum Lactantii liber de mortibus perſecutorum, et paucis abhinc annis hymnus in Cererem, Homeri nomine inſcriptus, in lucem iterum educantur. Quae dum fauſtum nobis fore omen ſperamus, illis, quae habemus, Papiae fragmentis, caute utamur.

Ceterum Papias luculentum praebet exemplum iis, qui traditioni orali, etſi antiquiſſimae, nimis fidunt, ſerio opponendum. Si enim ille, qui,

cum

cum „*ex librorum lectione tantam ſe utilitatem capere haud poſſe*, profiteretur, *quantam ex hominum adhuc ſuperſtitum viva voce*, *qui ideo cum Senioribus, Apoſtolorum diſcipulis, ſedulo converſabatur, ex iis curioſe ſciſcitatus, quaenam eſſent ſeniorum dicta, quid Apoſtoli, quid Ariſtion et Johannes Presbyter praedicasſent, nihilo tamen ſecius effata Apoſtolorum de adventu domini male intellexit*,“ apocryphisque narrationibus eandem fidem habuit, quam genuinis: quid, quaeſo, de aliis, tanto poſterioribus *traditionum* primaevae eccleſiae fontibus, pſeudoevangeliis quippe aliisque cenſendum? quantaque adhibenda eſt cura, ne nomini et auctoritati ſcriptorum nimis confiſi, aureaeque Taciti ſententiae, *ſine ira et ſtudio*, obliti, nugas pro veris vendamus!

Supplementum heic damus fragmenti de morte Judae traditoris, a Grabio Spicil. P. II. p. 34 ex commentario Oecumenii in actus Apoſtolorum jam vulgati. Noſtrum vero excerpſimus ex duobus codicibus ſaec. XI vel XII exaratis, quorum alter commentarium in Matthaeum et Marcum exhibens, cum aliis nonnullis libris Dominici

Car-

Digitized by Google

Cardinalis Paſſionei in Bibliothecam Angelicam Ord. Erem. S. Auguſtini, Romae, translatus eſt; alter vero, qui catenam in integrum Euangeliarium exhibet, in Bibliotheca D. Marci Venetiis aſſervátur; ex quo, conceſſa mihi facultate a doctiſſimo et humaniſſimo Morellio, Bibliothecae cuſtode, hunc Papiae locum primus exſcripſi.

Τοὔτο δε σαφέστερον ἵστορει Παπιας ὁ Ιωαννου μαθητης, λεγων ὁυτως εν τω τεταρτω της εξηγησεως των κυριακων λογων. Μεγα δε ασεβειας ὑποδειγμα εν τουτω τω κοσμω περιεπατησεν ὁ Ιουδας· πρησθεις επι τοσουτον την σαρκα, ωστε μηδε

Hoc autem plenius narrat Papias Joannis diſcipulus in quarto libro explanationis ſermonum domini, dicens: Ad magnum impietatis exemplum in hoc mundo permanſit Judas. In tantum enim corporis

Digitized by Google

μηδε ὁποθεν ἁμαξα ῥαδιως διερχεται, εκεινον δυνασθαι διελθειν, αλλα μηδε αυτον μονον τον ογκον της κεφαλης αυτου· τα μεν γαρ βλεφαρα των οφθαλμων αυτου μηδε ὑπο Ιατρου διοπτρας οφθηναι δυνασθαι· τοσουτον βαθος ειχον απο της εξωθεν επιφανειας. Το δε αιδοιον αυτου πασης μεν ασχημοσυνης αηδεστερον και μειζον φαινεσθαι. φερεσθαι δι' αυτου τους εξαπαντος του σωμα-

inflatus eſt, ut, ubi currus facile tranſit, neque ipſe nec vertex quidem capitis ejus tranſire potuiſſet. Palpebras vero oculorum ejus ne ſub ſpecillo quidem chirurgico videre licebat; tantam enim profunditatem habebant ſuperficie externa. Pudenda autem ejus omni deformitate foediora viſa ſunt. Intulerunt vero ſanies, vermesque ex univerſo

Digitized by Google

σωματος συρρεοντας ιχωρας τε και σκωληκας εις ὑβριν αυτων μονον των αναγκαιων. Μετα πολλας δε βασανους και τιμωριας εν ιδιω, φασι, χωριω τελευτησαντος, και τουτο απο της δυσωδιας ερημον και αοικητον το χωριον μεχρι του νυν γενεσθαι· αλλ ουδε μεχρι σημερον δυνασθαι τινα εκεινον τον τοπον παρελθειν, εαν μη τας ρινας ταις χερσιν επιφραξη.

Τοσαυτη

verſo ejus corpore confluentes damnum, contumeliamque ſolis neceſſariis ejus. Cum autem denique poſt multa tormenta et ſupplicia in proprio agello exſpiraſſet, illum quoque propter foetorem ad hunc uſque diem deſertum inhabitatumque eſſe fertur, ſed ne hodienum quidem ullum hunc locum, niſi naribus manu obturatis, tranſire

 poſſe.

Digitized by Google

Τοσαυτη δια της σαρκος αυτου και επι γης κρισις εχωρησεν.

poſſe. Tantum judicium in carne ejus, et in terra quidem, evenit.

NOTAE.

Τουτο δε σαφεστερον.

Haud quidem aliam ob cauſam dignum eſſe fragmentum hoc, quod poſt Grabium iterum auctumque edatur, niſi propter hanc, quod ex libris quinque Papiae hauſtum ſit, lubens concedo, neque multus ero in fabulis adeo anilibus exponendis: pauca tamen addere liceat. Lectionem difficillimam ex duobus codicibus reſtitui: quae vero ex altero codice, veneto nimirum, omiſſa ſunt, ea inferius notabo. Licet autem ex prooemio fragmenti, apud Oecumenium et utriusque catenae auctores iisdem prope verbis exiſtente, illud haud ex Papia, ſed ex alio quodam libro hauſtum fuiſſe videatur: tanta tamen in eorum recenſionibus obtinet diverſitas, qua conjectura illa reprimitur. Credo equidem, Oecumenium, virum doctum ſagacemque, ſpretis iis, quae manifeſte fabuloſe

loſa eſſent, locum Papiae breviorem commentariis ſuis inſeruiſſe. Narrat enim modo: cadaver maxime inflatum, curru demum compreſſum, inteſtina ſua effudiſſe; quae tamen fragmenti apud Oecumenium ultima verba, ad veritatem quae in Actis traditur, magis adcedentia, *ἁμαξης ῥαδιως διερχομενης, ὑπο της ἁμαξης επιεσθη, ὡστε τα εγκατα αυτου εκκενωθηναι*, in noſtris fragmenti apographis deſiderantur. Noſtra vero lectio magis firmatur ſcholio in hunc Actorum locum ex codice Moſquenſi a Cl. Matthaei edito, Papiaeque tributo. Duo praeterea de morte Judae Euſebii et Apollinarii ſcholia exhibet doctiſſ. Matthaei, quorum alterum deſcribere placet. ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. *ουκ απεθανε τη αγχονη ὁ Ιουδας, αλλ' επεβιω, καθαιρεθεις προ του αποπνιγηναι. Και τουτο δηλουσιν ἁι πραξεις, ὁτι πρηνης γενομενος ελακησε μεσος, και τα σπλαγχνα αυτου εξεχυθη. Και γαρ τοσουτον επρησθη ἡ σαρξ αυτου, ὡστε μηδ ὁποθεν ἁμαξα ῥαδιως διερχεται, εκεινον δυνασθαι διελθειν*. Primam hujus ſcholii partem iisdem verbis exhibent codices ex quibus fragmentum Papiae hauſimus, quae vero cum Papiae haud eſſent, prae-

Digitized by Google

Τοσαυτη δια της σαρκος αυτου και επι γης κρισις εχωρησεν.

poſſe. Tantum judicium in carne ejus, et in terra quidem, evenit.

NOTAE.

Τουτο δε σαφεστερον.

Haud quidem aliam ob cauſam dignum eſſe fragmentum hoc, quod poſt Grabium iterum auctumque edatur, niſi propter hanc, quod ex libris quinque Papiae hauſtum ſit, lubens concedo, neque multus ero in fabulis adeo anilibus exponendis: pauca tamen addere liceat. Lectionem difficillimam ex duobus codicibus reſtitui: quae vero ex altero codice, veneto nimirum, omiſſa ſunt, ea inferius notabo. Licet autem ex prooemio fragmenti, apud Oecumenium et utriusque catenae auctores iisdem prope verbis exiſtente, illud haud ex Papia, ſed ex alio quodam libro hauſtum fuiſſe videatur: tanta tamen in eorum recenſionibus obtinet diverſitas, qua conjectura illa reprimitur. Credo equidem, Oecumenium, virum doctum ſagacemque, ſpretis iis, quae manifeſte fabuloſe

Digitized by Google

loſa eſſent, locum Papiae breviorem commentariis ſuis inſeruiſſe. Narrat enim modo: cadaver maxime inflatum, curru demum compreſſum, inteſtina ſua effudiſſe; quae tamen fragmenti apud Oecumenium ultima verba, ad veritatem quae in Actis traditur, magis adcedentia, *ἁμαξης ῥαδιως διερχομενης, ὑπο της ἁμαξης επιεσθη, ὡστε τα εγκατα αυτου εκκενωθηναι*, in noſtris fragmenti apographis deſiderantur. Noſtra vero lectio magis firmatur ſcholio in hunc Actorum locum] ex codice Moſquenſi a Cl. Matthaei edito, Papiaeque tributo. Duo praeterea de morte Judae Euſebii et Apollinarii ſcholia exhibet doctiſſ. Matthaei, quorum alterum deſcribere placet. ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. *ουκ απεθανε τη αγχονη ὁ Ιουδας, αλλ' επεβιω, καθαιρεθεις προ του αποπνιγηναι. Και τουτο δηλουσιν ἁι πραξεις, ὁτι πρηνης γενομενος ελακησε μεσος, και τα σπλαγχνα αυτου εξεχυθη. Και γαρ τοσουτον επρησθη ἡ σαρξ αυτου, ὡστε μηδ' ὁποθεν ἁμαξα ῥαδιως διερχεται, εκεινον δυνασθαι διελθειν.* Primam hujus ſcholii partem iisdem verbis exhibent codices ex quibus fragmentum Papiae hauſimus, quae vero cum Papiae haud eſſent, prae-

 ter-

Digitized by Google

termiſimus. Reliqua ex Papia deſcripta eſſe patet. Quae vero Michael Glycas de morte Judae in epiſtola LXXII, inter alias Demetrii cydonienſis et Hocratis epiſtolas Moſquae 1776 a Cl. Matthaei edita, diſſeruit, ea non vidimus. (Vid. Actus apoſtolorum ex ed. Matthaei. Rigae 1782. p. 304.)

Τα μεν γαρ βλεφαρα των οφθαλμων αυτου.

Addit cod. venetus φασι τοσουτον εξοιδησαι, ὡσαυτον μεν καθολου το φως μη βλεπει. Quae cum in uno ſaltem codice habeantur, licet Papiae haud ſint indigna, illi tamen vindicanda eſſe, haud duxi. Caeterae, quae in cod. veneto lectionum habentur varietates, leves apertique ſunt errores ſcribae, in quibus immorari opus non eſt.

Εν ιδιω χωριω.

Quod ſibi ex mercede traditionis comparaverat. Act. II, 18.

Μεχρι σημερον.

Usque ad Papiae tempora, ſaeculo poſt Chriſtum natum II. Piget tales fabulas iterum deſcribere:

Sed

Sed ubi, quaeſo, puritas traditionis quaerenda, cum eo jam tempore, quo auditores Apoſtolorum ſuperſtites erant, ejusmodi fabulae non modo circumferrentur, ſed attentas quoque aures invenirent? Quae, ſi hiſtoria vitae paſſionisque Domini, primaeque religionis per orbem inſtitutionis ex pſeudoevangeliis vel ipſis Papiae voluminibus quaerenda, eſſet veritatis evangelicae demonſtratio? Unde enim internus veritatis character quaerendus? Ubinam dignitas narrationum? Quaenam denique fides fabulas apertas tradentibus in dogmatibus habenda? Religionem vero chriſtianam, licet libris ſacris ſit antiquior, nullo tamen modo, niſi aeternum divinae providentiae operatum iri credideris miraculum, abſque libris hiſtoriae et dogmatis fontibus conſervari potuiſſe, nemo erit qui neget: facile inde perſpiciendum, quantas providentiae debeamus gratias, evangelia, quae habemus αυθεντιας et θεοπνευστιας ſigillo munienti, quo inviolata ad noſtra uſque pevenirent tempora. Quae porro ipſi Papiae, heic et alibi ludicras fabulas narranti, in illis, quae a filiabus Philippi de donis miraculorum in eccleſia durantibus ſeſe accepiſſe aſſerit, (Grab. II, p. 32.) fides habenda vel deneganda ſit, ego definire

 haud

Digitized by Google

haud auſim. Dubia tamen valde eſſe omnia, quae ejusmodi auctoritati nituntur, niſi alia habeantur teſtimonia melioris notae, eadem vel ſimilia aſſerentia, quisquis facile concedet.

IRENAEI.

Digitized by Google

IRENAEUS.

Cum ante hos LX annos C. M. Pfaffius Fragmenta aliquot Irenaei, ex codicibus Taurinenſibus exſcripta, adverſus Scipionem Maffeium aliosque, authentiam eorum in diſcrimen adducentes, vindicaret, primo quidem ſe omnia aliorum patrum in iisdem codicibus effata cum editionibus eorum ſedulo contuliſſe, aſſeruit. Quo de diligentia, qua catenae compilatae eſſent, certior factus, fragmenta quatuor Irenaei, in quibus ne minimam quidem, ex qua ſuſpicio falſitatis naſci potuiſſet, deprehendiſſet proprietatem, quae potius eandem dictionem, easdem ſententias, quae Irenaeo familiares ſunt, haberent, quae denique ipſum illuſtrarent Irenaeum, eidem Irenaeo adſcribere atque tribuere, haud amplius dubitavit. Ego quidem, cum codices catenarum in bibliotheca vaticana latentes oculis non perluſtraverim, de fide eorum in excerpendis locis P.

 P. ju-

Digitized by Google

P. judicare me haud poſſe, lubens fateor. Exſcripſi enim haec omnia Irenaei effata ex apographo bibliothecae corſiniae in praefatione laudato. Cum vero multa, in ſchedis illis ex catenis cum Irenaei nomine exſcripta, tum in volumine contra haereſes priſcae latinae verſioni graece inſerta ſint, tum in fragmentis a Maſſueto ad calcem librorum laudatorum editis legantur, ego paucis, quae relicta mihi ſunt, fragmentis ineditis, quae praeterea omnia Irenaei nomine inſcripta, fidem recuſare non potui. Quam ob rem ea eruditis cum qualibuscunque meis ſcholiis ulterius perpendenda dijudicandaque trado.

FRAGMENTUM I.

Τοὺ ἁγιου Ειρηναιου εκ του Δ ελεγχου και ανατροπης της ψευδωνυμου γνωσεως.

Και γαρ αυτο το ευαγγελιον, ει μη θελει τις

S. Irenaei ex libro quarto adverſus Haereſes.

Interpretatio priſca latina.

Etenim ipſum euangelium ſi noluerit quis ſequi,

Digitized by Google

τις ἑπεσθαι, εξω μεν αυτω, εστιν ασυμφερον. η γαρ [redacted]ακοη του θεου . . . βολη . . . δε και ζημιαν ου την . . . φερει. Τουτο ὁ Παυλος φησιν . . . . . αλλ ου παντα εμφερει; το ελευθερον του ανθρωπου εξηγουμενος, δε ὁ παντα εξεστιν, μη καταναγκαζοντος αυτον του θεου; και το συμφερον δεικνυσιν, ἱνα μη εις επικαλυμμα

ſequi, licet quidem ei, non tamen expedit. Inobedientia enim Dei et amiſſio boni eſt quidem in hominis poteſtate; laeſionem autem et damnum non quamlibet infert. Et propter hoc Paulus ait: Omnia licent, ſed non omnia expediunt; et libertatem referens hominis, quapropter et omnia licent, non cogente eum Deo; et id, non expedit, oſtendens, ut non ad velamen mali-

Digitized by Google

λυμμα κακιας καταχρησομεθα τη ελευθερια· ασυμφερον γαρ τουτο γε.

malitiae abutamur libertate; non enim hoc expedit.

NOTAE.

Του ἁγιου Ειρηναιου.

Fragmentum hoc ſupplementum eſt textus graeci Irenaei, in L. IV. cap. 37. ex parallelis Damaſceni primo quidem ab Halloixio in vita Irenaei editi, dein quoque a Maſſueto in editione Irenaei verſioni priſcae latinae inſerti. Incipit enim verbis „ει φυσει ὁι μεν φαυλοι, ὁι δε αγαθοι γεγονασιν, progrediturque usque ad ἡν ὁ αγαθος θεος παρεσχε γινωσκειν δια των προφητων, interjectaque parva lacuna pauca denique addit, quorum ultima ſunt . . . . αποτρεποντος μεν του απειθειν αυτω, αλλα μη βιαζομενου. Quibus, cum verſionem eorum latinam" *et avertens ab incredulitate, non tamen de violentia cogens*, nullo interjecto intervallo excipiant verba: *etenim ipſum evangelium* etc. fragmentum noſtrum graece expreſſum jungendum eſſe haud

haud eſt dubium. Verſionem retinuimus priſcam latinam: lacunas vero in ipſo fragmento explere auſi haud ſumus; periculum tamen conjecturae facere juvabit: ita enim legimus.

„Και γαρ αυτο το ευαγγελιον, ει ου βουλεται τις επεσθαι, εξεστι μεν αυτω, εστιν δε ασυμφερον. η γαρ παρακοη του θεου και παραβολη του αγαθου εστιν εφ ανθρωπω, (vel ſi malis εξεστιν ανθρωπω) βλαψιν δε και ζημιαν ου τυχουσην επιφερει. Τουτο ὁ Παυλος φησι· παντα εξ εστι κ. τ. λ. 1 Corinth. VI, 12. et X, 23.

In toto hoc 37 cap. libri IV ſermonem inſtituit Irenaeus de libero hominis arbitrio, in poſterioribus eccleſiae faeculis a tot tantisque diverſe ſentientibus adeo vexato; iis quidem in rebus, quas, dogmate de libero arbitrio inter Chriſtianos ſec. II. nondum controverſo, minus accurate expoſuerit, vel haud ita clare diſtinxerit, minus taxandus, cum quotidie experientes doceamur, rebus tum primum claram affulgere lucem, ubi adverſarios obtrectatoresque invenerint, quorum argumentis alia opponantur, donec tandem ponderatis utramque ſententiam ſuadentibus, omnia ſingulatim expoſita redactaque ſint. Inde ante lites aria-

Digitized by Google

arianas obortas conciliumque nicaenum celebratum, Patribus, divinum modo Filio cum Patre et Spiritu Sancto cultum decernentibus, de interna perſonarum S. Trinitatis ratione non conſtans certumque dogma. Neque ante lites inter Auguſtinum, Pelagium aliosque motas, de libero arbitrio accuratis clarisque adeo verbis diſſeruerunt Patres. Quamobrem, quae de libero arbitrio ipſe docuerit Irenaeus: homines nimirum liberos eſſe, praeditosque eligendi facultate, nec inde natura quosdam malos, quosdam vero eſſe bonos, ex ipſis ejus verbis ulterius exponam. Ita enim ille initio capitis XXXVI:

„Homo ſicut et angeli in principio factus eſt a „Deo cum plena facultate, ſponte et haud coacte „ſententia Dei uti: Nulla enim a Deo fit vis. Bo„num vero conſilium, quod omnibus dat, ſemper „illi adeſt. Homini autem dedit facultatem eligendi, „*uti hi quidem, qui obediſſent, juſte bonum ſint poſſi„dentes, datum quidem a Deo, ſervatum vero ab ipſis*; „qui vero inobedientes eſſent, cum bonum quod „Deus benigne dederat, neque cuſtodierint diligentes, „neque pretii aeſtimaverint, quin potius abjecerint, „merito eo carebunt, paenasque idcirco juſtas luent.

„Quod

Digitized by Google

„Quod ex verbis Pauli Rom. XI, 4. magis evinci-
„tur. Si vero natura boni quidam, alii facti eſſent
„mali, tunc neque boni laudabiles eſſent, neque mali
„vituperabiles. Omnibus autem in eadem natura con-
„ſtitutis, eademque faciendi omittendique facultate
„praeditis, *juſte etiam apud homines ſenſatos* (*quanto*
„*magis apud Deum*) alii quidem laude, et bonae
„electionis, atque perſeverantiae teſtimonio ornantur,
„alii vero accuſantur, et meritas juſti bonique recu-
„ſati paenas luunt. Propterea quoque, cum ex ne-
„gligentia facile in oblivionem incidamus, bonoque
„egeamus conſilio, Deus ſaepenumero per prophetas,
„dein quoque in evangeliis, exhortatus nos eſt; ex
„quibus omnibus locis S. S. hominem eſſe liberum
„ſuique potentem evincitur, a Deo quidem conſiliis
„inſtructum admonitumque, nullo vero modo violen-
„ter coactum. Ex quo Paulus, *omnia licere, ſed non*
„*omnia expedire* docet, cum amiſſio boni et inobe-
„dientia in hominis quidem arbitrio poſita ſit, dam-
„num tamen haud aſpernendum illi inferat. Om-
„nia enim apoſtoli ipſiusque Chriſti dicta, cum et
„bonum ſuadeant, et a malo diſſuadeant, plenam
„homini adeſſe libertatem, non tantum in operibus,
„ſed in fide quoque, quae haberi, et recuſari poſſit,
„docent.

Digitized by Google

„ docent. Si vero quis liberum hominis arbitrium „ neget, vel impotentem, qui non perficere poſſit, „ quae velit, vel ignorantem ſtatuit Deum. Nulla „ enim hominibus absque libertate felicitas, nulla boni „ appetitio, nulla *cum Deo pretioſa cummunicatio;* „ nulla denique ipſius boni internaeque boni pulchri„ tudinis intelligentia: *quae enim fruitio boni apud eos,* „ *qui ignorant? quae autem gloria his, qui non ſtu-* „ *duerunt illud? quae autem corona his, qui non eam* „ *ut victores in certamine conſequuti ſunt?* Ad hanc „ igitur coronam in certamine conſequendam monemur „ ab Apoſtolo, tanto pretioſiorem, tantoque amabilio„ rem, quanto per agonem nobis advenit. *Pro nobis* „ *igitur haec omnia ſuſtinuit Dominus; uti per omnia* „ *eruditi, in omnibus in futurum ſimus cauti, et per-* „ *ſeveremus in omni ejus dilectione, rationabiliter edocti* „ *diligere Deum.* Hominis vero imperfectiones hu„ manae naturae infirmitati tribuendae ſunt, quae „ ideo a Deo ſapienter conſtituta eſt, ut ſenſim cres„ cat et augeatur, atque ex agnitione boni malique, „ a Deo accepta, homo fiat ſecundum imaginem Dei. „ Itaque bonum obedientiae et malum inobedientiae „ experientia agnovit homo, et utriusque facta compara„ tione, ſumma cum libertate diſcrimen inſtituere po-

„ tuit,

Digitized by Google

„ tuit, ita ut Deo obedire malit. Eum in modum „ participit gloriae divinae homo fit, manum artificis „ exſpectans, quae opportune omnia facit, et cor molle „ et tractabile praeſtans. Qui vero Deo non credit, „ et manus ejus fugit, ipſe ſuae erit imperfectionis „ cauſa. “

Ex quibus, ſi paucis Irenaei de libero arbitrio ſententiam comprehendimus, eum ſtatuiſſe patet:

1. Homines a Deo cum plena ſponte eligendi facultate creatos, bonisque conſiliis inſtructos fuiſſe, quo melius bonum a Deo datum ipſi conſervarent.
2. Cum vero ſaepenumero praeceptorum divinorum obliti eſſent, eos a Deo iterum iterumque admonitos fuiſſe, novisque denuo conſiliis inſtructos: nullo vero unquam modo coactos.
3. Humanae tribuendas eſſe infirmitati imperfectiones hominum, a Deo ita conſtitutorum, ut paulatim creſcant, augeanturque, donec tandem agnitione boni malique a Deo accepta ad imaginem ejus formentur.
4. Hominem vero, experientia edoctum, et ſponte id quidem, bonum eligere poſſe: Deo tamen ad ſalutem ejus cooperanti facilem ſeſe praeſtare debere.

Digitized by Google

Haec Irenaeus adverſus Gnoſticos, aſſerentes quosdam natura bonos, quosdam natura malos, conſtitutos eſſe; quamobrem iſto in capite de peccato originali et de lapſu Adami, hoc loco non controverſis, haud diſſerit. Peccatum tamen originale, licet id, quantum equidem novi, *expreſſis* haud doceat verbis, aliis tamen in locis ita indicat, ut in dubio non ſit, illum ob oculos id habuiſſe. Ait enim lib. V, 19. *Et quemadmodum adſtrictum eſt morti genus humanum per virginem, ſaluatur per virginem; aequa lance diſpoſita, virginalis inobedientiae per virginalem obedientiam.* Et V, 16. 3. *Quem, ſi Deum offendimus in primo Adam, non facientes ejus praecepta* etc. Ceterum antiquiores eccleſiae patres in eo conveniunt omnes: *hominem libera ſua voluntate absque Dei culpa a diabolo ad peccatum, cujus paena eſt mors, ſeduci; neminem vero ad peccatum neceſſitate vel coactione induci poſſe: electionem enim boni malive in libero hominis arbitrio conſtitutam eſſe; inde quoque hominem eſſe ex ſe, quidquid ſit, bonus, malusve.* Quas ipſorum Patrum, Juſtini nempe, Tatiani, Clementis Al. aliorumque ſententias in unum congeſtas adeant lectores in Ven. Rösleri *Lehrbegriff der chriſtlichen Kirche in den drey erſten Jahrhunderten.*

FRAG-

Digitized by Google

FRAGMENTUM II. ET III.

Allegoricam interpretationem, non modo a Graecorum Philoſophis, Stoicis nimirum et Platonicis, in exponendis poetis principibus, *) verum etiam a Judaeorum helleniſtarum doctoribus, liberaliori graecarum litterarum doctrina inſtitutis, adoptatam, in eccleſiam quoque Chriſtianam tranſiiſſe, ex plurimis, et prope omnibus antiquiſſimorum Patrum in Sacram Scripturam commentariis, efficitur. Quibus equidem, cum notiſſima ſit res, ulterius demonſtrandis haud immorabor; locos ſaltem de Phoenice, reſurrectionis typo, de ſalute fidelium per ſanguinem Chriſti in filo rubro meretricis Rahab praeſignificata, ex epiſt. Clementis Romani, et de nomine Chriſti in voce ιχθυς exhibito, in Juſtino M. in memoriam revocans. Ipſum vero, cujus fragmenta exhibeo, Irenaeum eandem dilexiſſe allegoricam S. Scripturae exponendae rationem, ex editis ipſius libris, quo major authentiae ineditorum noſtrorum fragmentorum habeatur fides, paucis exponendum mihi erit. Scilicet

 ipſe,

*) De interpretationibus Homeri myſticis vide Heraclidis Pontici allegorias homericas, et Nicolai Schow, civis eruditiſſimi, Commentationem in Stoicorum et Grammaticorum alleg. homer. Goetingae 1782.

ipſe, qui per totum volumen contra Gnoſticorum, ut verbo utar, Theogonias, myſticos allegoricosque ſenſus, quos in S. S. repoſitos occultosque eſſe docuerunt, evertere et confutare omni ſtudio allaboravit: ex quadriformi tamen Cherubinorum facie, Apoc. IV, 7. quibus Deus vehebatur, efficit, neceſſario etiam quatuor eſſe debere evangelia, quibus inſideat *Chriſtus Jeſus*, quatuorque teſtamenta, Adami nimirum, Noae, Moſis et Chriſti, humano generi a Deo data. (III, 11.) Moſen porro docet virgam in terram coram Pharaone projeciſſe, *ut ea incarnata omnem Aegyptiorum praevaricationem, quae inſurgebat adverſus Dei diſpoſitionem, argueret et abſolveret* (III, 21.). Matrimonio Moſis cum muliere aethiopica ſpirituales Chriſti cum eccleſia nuptias; (IV, 20.) ſub Rahaba et duobus ſpeculatoribus, Trinitatem; (in eodem capite) Thamaris denique duplici partu utrumque teſtamentum typice ſignificari. (IV, 25.). In reliquum videant, quibus plura ejusmodi Irenaei exegetico-allegorica placent, III, 10. 18. IV, 38. V, 29. et alia paſſim.

De libro, ex quo hauſta ſunt omnia haec commentariorum Irenaei in V. T. fragmenta, quorum nonnulla ab Halloixio, et ex eo a Maſſueto, edita fuere, nihil certo aſſeri poteſt. Videntur tamen omnia ejusmodi

Digitized by Google

modi fragmenta reliquiae eſſe homiliarum deperditarum, quibus, uti mos erat priſcae eccleſiae epiſcopis presbyteriſque, Sacrae Scripturae ſelectos libros expoſuerat; habentur enim in editione Maſſueti fragmenta commentariorum in varia pentateuchi, judicum evangeliorumque effata. Ad idem quoque genus Pfaffii primum quartumque fragmentum referendum videtur. Ceterum, num iſtae homiliae partem librorum, qui διδαχαι, vel διαταξεις, de quibus inferius, dicebantur, conſtituerint, an vero ſeorſim editae ſint, ea non niſi conjecturis, quibus tamen ne heic indulgeamus, loci et temporis ratio vetat, committenda ſunt.

FRAGMENTUM II.

Ex Codice Vaticano CCCXXXI.

Ειρηναιου.

Και ευρε σιαγωνα ονου· Σημειωτεον, ότι ουκετι ἡ θεια γραφη μετα την πορνειαν

Et invenit maxillam aſini. Notandum quod non amplius poſt fornicationem Sa-

Digitized by Google

νειαν τοις παρ᾽ αυτου καθορθωμενοις εφθεγξατο το, ἡλατο επ αυτον πνευμα κυριου· ὁυτω γαρ το της πορνειας ἁμαρτημα προς το σωμα ὡς περι Θεου ναον ἁμαρτανεται, κατα τον Θειον Αποστολον.

cra Scriptura de rebus ab eo fortiter et feliciter geſtis locuta eſt: *impulit eum Spiritus Domini.* Ita enim peccatum fornicationis contra corpus quemadmodum contra templum Dei committitur, ſecundum divum Apoſtolum.

Και ἑυρε σιαγωνα ονου.

Fragmentum eſt commentarii in librum judicum; habetur enim locus hic in hiſtoria Simſonis. Jud. XV, 15.

Μετα την πορνειαν.

Reſpicit ad amores Simſonis et Delilae, Jud. XVI, 4. Ubi enim alibi de Simſone narratur, eum edidiſſe fortitudinis novum quoddam ſpecimen, addit auctor libri: ἡλατο πνευμα κυριου επ αυτον; ita

Digitized by Google

ita Jud. XIV, 6, 19. XV, 14. Deinde vero violato, quo erga Deum obſtrictus tenebatur voto, ſimpliciter additur cauſa virium auctarum, *και ηρξατο θριξ της κεφαλης αυτου* Jud. XIV, 24. nulla amplius de Spiritu Domini mentione facta.

Καθορθωμενοις.

Senſus vocis: *res praeclare et feliciter in commodum populi geſtae.* Ita uſurpatur Actor. XXIV, 2., ubi Tertullus de *καθορθωμασιν*, provida nempe Felicis cura, Judaeis impertita, verba facit. Apud Plutarchum vero eodem ſenſu bellico, quo Jud. XV. habetur, ubi *ὡς μεγα καθορθωμα ποιησων*, ait. Idem enim eſt heic, quod *ανδραγαθημα*. In Ciceronis denique officiis *perfectum officium* audit, officio, quod graeci *καθηκον* vocant, oppoſitum.

Ὡς περι θεου ναον.

Reſpicit ad 1 Corinth. III. 16. 17.

Digitized by Google

FRAGMENTUM III.

Ex Codice Vaticano DCCXLVI.

Ειρηναιου Επισκοπου.

Τουτο σημαινει τον διωγμον τον κατα της εκκλησιας, παρα των ετι μενοντων εν τῃ απιστιᾳ εθνων. Αλλ' ηλπισεν ὁ ταυτα πασχων, ὡς εσται εκδικησις κατα των πολεμουντων. Δια τινος δε ἡ εκδικησις; πρωτον μεν δια του καταφυγειν επι την νοητην πετραν, δευτερον δε δια

του

Hoc ſignificat perſecutionem eccleſiae a gentibus in infidelitate adhuc permanentibus. Sed ille, qui talia paſſus eſt, ſperavit ultionem de gerentibus bellum. Per quod vero ultio? Primo quidem per fugam ad petram, quae ſenſibus non percipitur (ſpiritualem:) dein vero per inventionem maxil-

lae

Digitized by Google

του ἑυρειν σιαγονα ονου· Τυπος δε της σιαγονος το σωμα του Χριστου.

lae aſini. Typus vero maxillae corpus Chriſti.

Ειρηναιου Επισκοπου.

Lugdunenſis nimirum; cui eccleſiae, defuncto Pothino, pontifex praefectus eſt, usque ad annum CCII, vel ſecundum alios CCVIII, quo in ſeveriana perſecutione capite eum truncatum eſſe, ſunt qui tradant.

Τουτο σημαινει.

Fragmentum ex eodem, ex quo antecedens, commentario in Judices hauſtum videtur. Referendum eſt ad Jud. XV, ubi Simſon a popularibus ſuis Philiſtaeis traditus, propria dein fortitudine liberatus, vindictam de hoſtibus patriae ſumit.

Τον διωγμον ..... παρα των ετι μενοντων .... εθνων.

Non equidem, Irenaeum *certam* Chriſtianorum vexationem quandam ob oculos heic habuiſſe, crediderim; licet ipſe anno CLXXVII perſecutione in Gallia, imprimis

Digitized by Google

mis Viennae et Lugduni, flagrante, eccleſiae Lugdunenſis fuerit presbyter: ex additis tamen verbis, *ετι μενοντων*, cernitur, illum haud ad priores, quae Neronis et Domitiani temporibus eccleſiam oppreſſerunt, calamitates reſpexiſſe; quo quidem tempore nullae adhuc editae erant Chriſtianorum apologiae, ex quibus ſaltem id imperatoribus praefectisque provinciarum conſtaret, religionem Chriſtianorum haud eſſe *exitiabilem ſuperſtitionem*, *odii humani generis convictam.* Verba porro, *ετι μενειν*, *pertinaciam in idolorum cultu*, non obſtantibus Chriſtianorum pro propaganda inter eos fide laboribus, indicare mihi videntur; cujus tamen *pertinaciae* haud ante ſaeculum II. quo, ipſo Irenaeo teſte, eccleſiae per univerſum orbem romanum, in Gallia nimirum, Brittannia, Hiſpania, imo etiam in Germania extitere, a quibus gentiles in meliori cultu inſtitui potuiſſent, taxandi erant. Cum vero, licet edictis imperatorum, praeſidumve provinciarum, novae vel perſecutiones, vel inquiſitiones juſſae haud eſſent, flamina tamen ſemper et pontifices, omnesque, quibus templorum ſacra curae eſſent, populares ad violentias in illos, qui pro Chriſtianis haberentur, committendas incitarent, (quae Plinius ipſe, ut alios taceam, in epiſtola ad Trajanum Augu-

ſtum

Digitized by Google

ſtum docet) continuis prope vexationibus, ex univerſo populi in eos odio oriundis, Chriſtianos, maxime vero ſacrorum antiſtites, obnoxios fuiſſe, quisquis facile concedet. Ex quo deinde conſequitur, ad interpretationem fragmenti hujus certam aliquam, de qua apud hiſtoricos ſermo ſit, perſecutionem, non quaerendam eſſe.

Αλλ' ηλπισεν.

Scilicet Simſon, qui ab ipſis civibus ſuis tradebatur Philiſtaeis. Ceterum ipſum Simſonem Irenaeo quoque typum fuiſſe Chriſti, ex fragmento ejusdem commentarii in Judices apud Maſſuetum pag. 349 conjicio; in quo puer Simſonem manu ducens cum Jo. Baptiſta comparatur, et ex Simſone columnis innixo doctrina elicitur, *populum de religione edoctum agnoviſſe Chriſti myſterium.* Ita enim loquitur: το ουν επαναπαυθηναι τον Σαμψων επι τους στυλους, τὸν διδαχθεντα λαον (Judaeorum) επιγνωναι το του χριστου μυστηριον. Columnas enim, jam in antecedentibus, utrumque teſtamentum ſignificare, docuerat.

Επι την νοητην πετραν.

Petra de qua quidem ſermo eſt in hiſtoria Simſonis, eſt rupis Etam, Jud. XIV. Integer vero locus, typice

Digitized by Google

pice de Chriſto expoſitus, alludere videtur ad Matth. XXI, 42. λιθον ὁν απεδοκιμασαν ὁι οικοδομουντες, οὑτος εγενηθη εις κεφαλην γονιας. Quod ex epitheto νοητη, *quae ſenſibus capi nequit*, magis elucere videtur.

Τυπος δε της σιαγωνος το σωμα χριστου.

Typus ſane ex altiſſimis allegoricae interpretationis myſteriis tractus, cujus comparationis medium terminum fruſtra quaeres. Ipſe vero Irenaeus nobis doctor. In alio enim fragmento, apud Maſſu. p. 346 ad Numer. XXII, 22. aſinam Bileami figuram eſſe corporis Chriſti tradit, ita verba faciens: εφ ὁν (χριστον.) παντες ὁι ανθρωποι εκ καυματων αναπαυομενοι, ὡς ὑπο οχηματος βασταζονται. το γαρ φορτιον των ἡμετερων ἁμαρτηματων ὁ Σωτηρ ανεδεξατο. Saltum vero a corpore aſinae ad maxillam, a toto ad partem, haud adeo mortalem eſſe, vident omnes.

FRAG-

FRAGMENTUM IV.

Ex Codice Vaticano MDLIII.

Του ἁγιου Ειϱηναιου εκ των διαταξεων.

Ευ μεν λεγοντες αει τους αξιους, κακως δε ουδεποτε τους αναξιους, τευξομεθα και ἡμεις της του θεου δοξης και βασιλειας.

Benedicentes ſemper iis, qui digni ſunt, indignis autem nunquam maledicentes, ita nos quoque gloriam et regnum Dei conſequemur.

Εκ των διαταξεων.

Morem fuiſſe antiquiſſimorum eccleſiae patrum conſtat, ut ea, quae ſive ab Apoſtolis, ſive a diſcipulis Apoſtolorum, της πϱωτης διαδοχης, acceperant, quo ſe melius falſis, quae ſaeculo jam ſecundo circumferebantur, inſtitutionibus opponerent, in opuſculis, διδαχαι vel διδασκαλιαι dictis, diſcipulis poſteritatique traderent. Tales quidem διδαχας a plurimis Patribus conſcriptas, dein Epiphanii tempore in

con-

conſtitutiones apoſtolorum, ex iis conflatas, tranſiiſſe, cenſuerunt viri in antiquitatibus eccleſiaſticis facile principes, inter quos Dodwellum, Pearſonium, Grabiumque nominaſſe ſat erit. Ejusmodi porro διδασκαλιαν in ſecunda, quae vulgo dicitur, Clementis Romani epiſtola ad Corinthios ſuperſtitem eſſe, aſſeritur. Hippolythi ſimiliter in Bibliotheca Caeſarea Vindobonenſi ineditam extare, docuit Lambecius Comment. VIII, 429. De aliorum vero patrum διδαχαις, Ignatii nimirum, Polycarpi, Hermae, et Barnabae teſtantur nonnulla verba Stichometriae Nicephori Patriarchae, a Dodwello in Diſſ. I. Irenaica laudata.

Ipſum autem Irenaeum, cum falſis διδαχαις, probabiliter ab Heracleone, Gnoſtico homine, qui Κηρυγμα Πετρου, teſte Origene progenuino, venditaverat, aliisque ſtrenue contradixiſſet; (de iis enim verba faciens, ipſe in libro I, 17. αμηθητον ait πληθος αποκρυφων και νοθων γραφων, ἁς αυτοι επλασαν, προσφερουσι εις καταπληξιν των ανοητων, και τα της αληθειας μη επισταμενων γραμματα) ſuam quoque διδαχην, morem apoſtolicorum Patrum imitatus, conſcripſiſſe, eccleſiaeque Lugdunenſi reliquiſſe, ex Euſebio (h. E. V, 26.) et Hieronymo

patere

Digitized by Google

patere videtur. (Catal. Script. c. 35.) Verba enim ſunt Euſebii: *και αλλος (φερεται) ὁν ανατεθεικεν αδελφῳ μαρκιανῳ τουνομα, εις επιδειξιν* (legendum forte ex emendatione Valeſii et Dodwelli *αποδειξιν*) *του αποστολικου κηρυγματος*. Quam apoſtolicae et fidei et diſciplinae ulteriorem fuiſſe expoſitionem, qua falſa haereticorum *κηρυγματα* confutaverit, Dodwello facile concedendum eſſe cenſeo. Quod vero, id quod mira doctrina ex auctoribus graecis evincere allaborat, alter quidam Irenaei liber deperditus, ab Euſebio et Hieronymo quoque laudatus, cui titulus *διαλεξεων διαφορων*, homilias quoque ad populum exhibuerit, equidem contra tanti viri auctoritatem negare non auſim; niſi effici potuerit, utrumque Irenaei librum, et *επιδειξιν* et *διαλεξεις*, partem ejusdem operis fuiſſe, ab Euſebio dein et Hieronymo male diſtincti. Duos enim ejusdem argumenti diverſos ab Irenaeo confectos fuiſſe libros, etſi non negaverim, haud tamen crediderim. Accedit praeterea, quod *διδασκαλια*, *διδαχη*, *διαταξεις*, *διαλεξεις*, *διαταγαι*, *παραδοσεις*, ceteraque ejusmodi nomina apud veteres idem fere ſcriptionum genus indicaſſe videantur; quod denique novus jam titulus operis Irenaici,

Digitized by Google

paſci, quo fragmentum noſtrum inſcriptum eſt, *διαταξεις*, habeatur. Tria igitur Irenaei forent opera ejusdem fere argumenti; quis vero credat? *διαταξεις* quidem eſſe idem opus quod *επιδειξιν*, dubium mihi non eſt. De altero autem opere, cui *διαλεξεις* titulus, eoque magis deſiderando, quod in eo Epiſtolae ad Hebraeos mentionem fecerat Irenaeus, ſententiasque inde excerpſerat, peritioribus ſententiam ferre relinquo.

Ceterum, ex inſcriptione fragmenti ſimplici admodum; *του ἁγιου Ειρηναιου εκ των διαταξεων*, notum id quoddam opus eo tempore, quo Catena conficiebatur, fuiſſe videtur. Eam, una cum fragmento, a Maſſueto, ſed ſine inſcriptione edito, ex cod. vaticano 1553 damus. Nulla praeterea verborum fragmenti, ad benedictionem Bileami Num. XXII forte ſpectantis, expoſitione opus eſt, cum ſententiam, locis Matth. V, 44. Luc. VI, 27 aliisque Paulli et Petri maxime conſonam, diſertis verbis exhibeant.

FRAG-

FRAGMENTUM V.

Ex Cod. Vat. DCCLVI.

Ειρηναιου.

Προφητεια εν αυτοις εσημαινετο, ὡς παραβατης γενομενος ὁ λαος σειραις των ἑαυτου ἁμαρτιων σφιγγισεται. Το δε λυθηναι αυτου αυτοματως τα δεσμα σημαινει, ὡς μετανοησας παλιν λυθησεται εκ των της ἁμαρτιας δεσμων.

Vaticinio in illis indicabatur, quod populus transgreſſor factus vinculis propriorum peccatorum coerceretur. Spontanea vero vinculorum ſolutio indicat, quod poenitentia facta, iterum vinculis peccati liberaretur.

Ειρηναιου.

Fragmentum hoc partem exhibet commentarii in Ezechielem: referri enim videtur ad Caput III et IV. quo propheta manibus ligatis aliisque ſymbolis vati-

cinium de futura Hieroſolymarum obſidione edere jubetur.

FRAGMENTUM VI.

Ex Codice Vaticano MDXX.

Cat. P. P. in Octateuchum exhibente.

Ειρηναιου.

Ου πορευσῃ μετ᾽ αυτων, ουδε καταρασῃ τον λαον· ου περι του λαου αινιττεται, παντες γαρ κατεστρωθησαν· αλλα δια το προδηλουμενον του Χριστου μυστηριον. Επειδη γαρ εμελλεν εκ των πατερων κατα σαρκα γεννασθαι, προδιδασκει

Non ibis cum eis, neque maledices populo. Non de populo inſinuatur; nam omnes proſtrati ſunt: ſed propter praeſignatum Chriſti myſterium. Quia enim Chriſtus ex patribus ſecundum carnem naſciturus erat, Spiri-

Digitized by Google

δασκει το πνευμα τον ανδρα, μηποτε κατα αγνοιαν πορευθεις, καταρασηται τον λαον *). Ουχ εις αραν ιχνουσην παρα την του θεου βουλησιν, αλλ᾽ εις ενδειξιν της του θεου προνοιας, ἡ ειχε δια τους προπατερας εις αυτους.

Spiritus praemonet virum, ne quando per ignorantiam vadens diris devoveat populum *). Non in imprecationem inveſtigantem futurum contra voluntatem Dei, ſed in demonſtrationem providentiae Dei, qua propter generis auctores eos curavit.

Ειρηναιου.

Fragmenti, cujus major pars a Maſſueto p. 346 ex aliis catenis edita jam erat, ſupplementum paucis modo verbis abſolutum damus. Usque ad verba enim aſteriſco notata *καταρασηται τον λαον*, in Maſſueto legitur. Eſt autem ex commentario in Numeros, cujus plura ibidem habentur fragmenta. Verba, quae exponuntur, ex ſermone Dei

 ad

Digitized by Google

ad Bileamum prophetam Num. XXII, 12. ſumta ſunt, ubi legitur: *και ειπεν ὁ Θεος προς Βαλααμ· ου πορευσῃ μετ αυτων, ουδε καταρασῃ τον λαον, εστι γαρ ευλογημενος.*

Ουχ εις αραν ιχνουσην.

Ita enim verba fragmenti: *ουχ ὡς ὁρας ιχνουσης*, ſenſu deſtituta, emendavi.

FRAGMENTUM VII.

Ex Cod. Vat. MDXX,

interpret. in Judices exhibente.

Και τουτο ουκ αργως, αλλ ἱνα δια του αριθμου των δεκα ανδρων, Ιησουν μεθ ἑαυτου εχων φανη βοηθον *), ὁια και απο συμφωνου αυτοις γεγονοτος. και μη βουληθεντος

Atque hoc non fruſtra; ſed ut ex numero decem virorum pateret, quod Jeſum ſecum habeat adjutorem *), quod ex felici quoque rei eventu patuit. Et non volente eo

λῃθεντος επικοινωνησαι οις επραττον ειδολολατρουντες, επ' αυτον την αιτιαν αναφερουσιν· ὁτι Ἱεροβααλ δικαστηριον του Βααλ λεγεται.

eo commune quid habere cum iis, quae Idola adorantes commiſere, crimini id illi dant: Hierobaal enim tribunal Baali dicitur.

Ειρηναιου.

Editum quoque hoc fragmentum ex parte eſt a Maſſueto p. 345, uſque ad aſteriſcum apud φανη βοηθον; quibus quo facilior habeatur ſenſus, ſequentia verba junxi. Sunt omnia haec ex commentario in Judices ad Cap. VI, 27 ſeq. Verba enim ſunt de Gideone, cum decem ſervis templum Baali dirimente.

Ιησουν.

Quae relatio ſit inter decem commilitones Gideonis et Chriſtum, non video, niſi orta ſit allegoria Irenaei ex prima nominis Jeſu littera, apud Graecos numerum decennalem indicante: ita quoque apud Ju-

Digitized by Google

ſtinum M. e numero 318 ſervorum Abrahami elementa vocis *σταυρος* eliciuntur.

FRAGMENTUM VIII et IX.

Ultimo denique loco duo exhibeo fragmenta, de quibus, quo referenda ſint, prorſus ignoro. Primum quidem in libro II Irenaei, ni oculos, dum eum perluſtrarem, ob nimiam exiguitatem effugerit, fruſtra quaeſivi. Certe tamen, id graece in libro II haud extare mihi conſtat. Alterum vero, quod exhibeo, ex prologo confutationis cujusdam mutuatum eſſe videtur, mihi tamen in Irenaeo haud obvium. Quamobrem utrumque typis deſcribo, ab aliis, ſi unquam editum deprehendatur, edocendus.

FRAGMENTUM VIII.

Ex Codice Vaticano MDLIII.

Του ἁγιου Ειρηναιου εκ του Β. ελεγχου και ανατροπης της ψευδωνυμου γνωσεως.

Ουκ εν τῳ λεγειν αλλ' εν τῳ ειναι ὁ κρειττων δεικνυσθαι οφειλει.

Non in verbis, ſed in factis, praeſtantiorem virum manifeſtari oportet.

FRAG-

FRAGMENTUM IX.

Ex eodem Codice.

Ειϱηναιου.

Ουκ ευχεϱες ὑπο πλανης κατεχομενην μεταπεισαι ψυχην.

Non eſt facile quid, animae ab errore occupatae aliam ſententiam perſuadere.

Digitized by Google

EUSEBIUS.

Ecclogas propheticas de Chriſto ab Euſebio Caeſareenſi, cum libro ſecundo demonſtrationis evangelicae, ex vaticiniis praecipuis per V. T. libros ſparſis religionem Chriſtianam non Judaeis modo, ſed omnibus potius gentibus a Deo coelitus miſſam eſſe, ſummatim expoſuerit, eum in finem concinnatas fuiſſe, ut idem argumentum fuſius, ulteriusque tractaretur: tum ex ipſa earum indole, tum ex diſertis Euſebii verbis efficitur. Αλλα γαρ, inquit, *εν οικειοις υπομνημασι τας περι του σωτηρος ἡμων Ιησου Χριστου προφητικας εκλογας συναγαγοντες, αποδεικτικωτερον τε τα περι αυτου δηλουμενα εν ἑτεροις συστησαντες.* H. E. L. I. c. 2. Illas quidem ecclogas in bibliotheca Vindobonenſi ſuperſtites eſſe, Lambecius primus docuit, contradictiones tamen alio-

rum

rum virorum doctorum, quod primum libri folium, cui titulus nomenque auctoris inſcriptum erat, illum fugerat, expertus. Ipſe vero de ſententia ſua ex interna libri indole aliisque Euſebii effatis certus, editionem integri libri in ſupplemento, quod meditabatur, Bibliothecae P. P. ex codicibus vindobonenſibus, nunquam tamen abſoluto, pollicitus jam erat; deſcriptionem interea codicis nonnullaque ex eo excerpta, inter quae Julii Africani fragmentum, Commentariis ſuis (L. 1. p. 139. ſeq.) inſeruit. Qui cum eſſet vita functus ſucceſſorem habuit in laboribus Kollarium, novos de bibliotheca caeſarea commentarios adornantem, ex quorum lib. III patet, folium codicis primum, a Lambecio pro parte thecae aut tegumenti codicis habitum, hinc neglectum, attentius denuo obſervatum, codicique iterum vindicatum, partem prooemii] deſideratam ipſumque Euſebii nomen exhibere. Plurima praeterea, quae Lambecius notaverat, in commentarios ſuos recepit Kollarius, addidit nonnulla ex prooemio, initia fineſque librorum ſedulo exſcripſit. Quare nobis modo brevibus praecipua operis, in quatuor libros diſtincti, argumenta exponere ſupereſt.

Digitized by Google

I. In primo libro recenſita ſunt ea, quae per ecclesiam eo tempore de Chriſto exponebantur, librorum V. T. hiſtoricorum a Geneſi usque ad Esram effata. Haud tamen omnes libri hiſtorici enumerantur, omiſſis ſcilicet iis, in quibus nulla haberi viſa ſunt vaticinia.

II. Libro ſecundo enarrat fuſius Pſalmos I-III. VIII. IX. XI. XV. XVI-XXI. XLII-XLVI. ceterosque curſim: ex quibus omnibus doctrinas elicit, de vita, ſummaque virtute Chriſti; de paſſione, deſcenſu ad inferos, reſurrectione et ſecundo adventu ejus: de praedicatione apoſtolorum per univerſum orbem; de reverſione gentium ad cultum Dei; de reprobatione Judaeorum; de creatione mundi per verbum; de perſecutione eccleſiae; aliasque, quas omnes in medium heic proferre brevitati ſtudentes, haud operae pretium cenſemus.

III. Liber tertius complectitur Proverbia, Eccleſiaſtem, Jobum, aliquot ex duodecim prophetis, Jeremiam, una cum Threnis et libro Baruch, Ezechielem, Danielem, Canticumque.

IV. Ultimo denique libro ſolum Eſaiam exponit, ob copiam rerum in tertio libro, ut ipſe in fine eorum, quae ex duodecim prophetis excerpſerat,

Digitized by Google

ſerat, docet, omiſſum. Haec enim ait: *Ταυτα μεν τα απο των δωδεκα προφητων. αλλ᾽ επει τα εκ του Ησαιου δια το πληθος εν ιδιῳ συγγραμματι περιλαβειν ἡμιν προκειται, φερε μεταβαντες τα απο των λοιπων μεγαλων προφητων επισκηψομεθα.* Et in fine tertii ecclogarum libri iterum: *Ὁρα δε ηδε μετελθεν και επι τον Ησαιαν, ὁς μονος απο πασης της παλαιας ἡμιν περιλελειπται γραφης.* Vaticinia de Chriſto incipiunt a xxxv Eſaiae capite, perguntque ad finem prophetae totiusque operis, in cujus ultimis verbis, a Kollario editis, opus novum adverſus *atheos* ſeſe editurum indicat Euſebius, de quo, an unquam prodierit, lateatne in bibliothecis, vel penitus interciderit, nihil conſtat.

Integrum quidem opus deſcribere, temporis ratio, urgente itinere italico, inſtantibusque in bibliotheca vindobonenſi feriis autumnalibus, vetuit; neque, cum effata ex ipſa S. S. excerpta ne minimam a verſione Theodotionis habeant varietatem, et vaticinia prope omnia ab Euſebio ipſo alibi reliquisque patribus expoſita ſint, ullum rei litterariae inde naſci detri-

detrimentum cenſui. Quare indicem tantum omnium libri capitum ſingulaque nonnulla capita exſcripſi, ex quibus unum potiſſimum hoc, quod hiſtoriae novam quandam lucem afferre poſſe videtur, typis deſcribendum committo. De codice denique membranaceo, ſaeculo xi ſ. xiv exarato, ceterisque, adeant lectores utrumque et Lambecii et Kollarii Commentarium. (Lamb. I, p. 138 ſeq. Koll. III, p. 202.)

FRAGMENTUM.

Του ἀσματος των ἀσματων.

Ὁλον το βιβλιον ὑποθεσιν εχει νυμφης ερωτα προς νυμφιον, ὁμολογουσης τετρωσται τη προς αυτον αγαπη, και αυτου παλιν ὁμολογουντος αυτην μονην απο πλειωνων

De Cantico Canticorum.

Totius libri argumentum eſt amor ſponſae erga ſponſum, vulneratam amore ejus ſeſe confitentis; et confeſſio ſponſi, eam ſolam e pluribus perfectam ſibi eſſe columbam inter

πλειωνων ὑπαρχειν αυτῳ τελειαν περιστεραν παρα τας λεγουμενας βασιλιδας και παλλακιδας, και νεανιδας. Ὁι μεν ουν εκ περιτομης μιαν ειναι των πεπιστευμενων παρ αυτοις δυω και εικοσι θεοπνευστων γραφων· πεπεισμενοι και ταυτην την γραφην, ουκ οιδ' ει εχοιεν αξιον τι θειας επιπνοιας λεγομενον εν αυτῃ παραστησαι, μη πλεον τι της προχειρου εκδοχης κατα τους τοπους φανταζομενοι. Ὁ δε

inter illas, quae reginae, concubinae, atque puellae dicuntur. Neſcio vero, an Judaei hunc librum unum eſſe ex viginti duobus illis, quos divinitus inſpiratos credunt perſuaſi, dignum quid in eo divina inſpiratione exhibeant, ſi ullam aliam praeter promtam facilemque interpretationem in effatis

Digitized by Google

δε δυνατος το μεν επικειμενον και ταυτῃ τῃ γραφῃ καλυμμα περιελειν, επιστρεψαι δε προς κυριον, όπερ εστι το πνευμα, και ανακεκαλυμμενῳ προσωπῳ την και εν ταυταις δοξαν του κυριου κατοπτριζεσθαι, θεωρησει εν αυτῃ τα κατα την πνευματικην νυμφην. Δηλον δ' οτι της εκκλησιας του Χριστου μυστηρια, και τα λεγομενα περι του τελειου της τοιασδε νυμφης νυμφιου, και της των βασιλιδων αυτου

tis ejus imaginantur. Qui vero velamen huic ſcripturae ſuperimpoſitum abigere poteſt, et ad Dominum, qui ſpiritus eſt, reverti, atque in hiſce gloriam domini aperta facie perſpicere, is in illa videbit ea, quae ad ſpiritualem ſponſam pertinent. Patet vero, haec myſteria eſſe eccleſiae Chriſti, et quae de perfecto hujus ſponſae ſponſo, atque de differentia

Digitized by Google

ἀυτου και παλακιδων και νεανιδων διαφορας, και ὁσα αλλα εναποκεκρυπται τη βυβλῳ αποῤῥητοτερα μαθηματα· ἁ και πληρηστα της ἠδε σαφηνειας ετυχεν, εν ὁις ὁ φιλοπονοτατος των θειων γραφων εξηγητης ὑπημνησατο.

rentia reginarum, concubinarum et puellarum ejus dicta, quaeque aliae ineffabiliores doctrinae hoc in libro reconditae ſunt; quae et plurimam jam perſpicuitatem habuere in iis, quae laborioſiſſimus ille divinarum ſcripturarum interpres commentatus eſt.

NOTAE.

Του ἀσματος των ἀσματων.

Notiſſimi ſunt typi myſtici ab antiquis, recentioribusque commentatoribus ex cantico, ad noſtros prope dies, extorti; iraeque contradictorum in paucos illos, qui prioribus eccleſiae ſaeculis litteralem expoſitionem tentaverunt, quorum princeps Theodorus

Mop-

Digitized by Google

Mopſveſtenus. Quare miſſis iis omnibus, quae ceteri expoſitores de cantico ſenſerunt, ſolum Euſebium, cujus, praeter hunc integrum ecclogarum locum, aliá quoque de eodem libro effata, a Meurſio Vol. VIII. opp. ſub nomine *Catenae in Canticum* vulgata, adeunda, et cum noſtri fragmenti verbis conferenda eſſe cenſui. Is enim in catena, quae praeter plura Gregorii Nyſſeni, Philonis, Athanaſii, Didymi, et Theophili, ipſius Euſebii prooemium exhibet, quae ipſe de cantico judicaverit, diſertis verbis expoſuit: „*Moſen et* „*Prophetas de Chriſto tanquam de futuro locutos* „*fuiſſe*, inquiens, *Canticum vero haud eſſe tanquam* „*vaticinans, neque tanquam praeſignificans; ſed eum,* „*quem alii praenunciaverint, velut eum in Cantico* „*oſtendi, qui quidem advenerit, carnemque in con-* „*jugio verbi aſſumſerit; nuptiasque ejus carminibus* „*celebrari; colloquia vero, quibus refertus eſt integer* „*liber, eſſe adlocutiones veteris populi, humani gene-* „*ris et eccleſiae gentilis ad verbum, ejusque reſponſio-* „*nes, et cetera eccleſiarum, judaicae et gentilis, ange-* „*lorumque colloquia.*“ Quam Euſebii ſententiam communi prope omnium interpretum expoſitioni analogam, aliis quidem, paucioribusque verbis in noſtro

frag-

Digitized by Google

fragmento expoſitam eſſe, cum exiſtimet, myſterium eccleſiae Chriſti (Judaicae) et differentiam ejus a reginis, aliisque mulieribus (eccleſiis inter gentiles exortis) in cantico reconditam repoſitamque doceri, quisquis, qui utrumque fragmentum perlegerit, luculenter videbit.

Ὁι μεν εκ περιτομης.

Conſtat ex omnibus, quae ſuperſunt, antiquiſſimae eccleſiae recenſionibus canonis V. T. Judaeis, dum reſpublica cultusque ſtaret, nullum unquam de authentia Cantici dubium fuiſſe. Quae enim a doctoribus ſynagogarum lata erat lex, ne quis ante triceſimum aetatis annum librum hunc euolueret, ea aliis cauſſis adſcribenda, neque, cum idem quoque de Ezechiele eſſet ſancitum, contra auctoritatem Cantici eſt alleganda. Rabbinorum dein nonnullorum conamina, Canticum ex canone excludendi, ex dogmaticis aperte rationibus orta ſunt; quibus quoque iisdem ea, quae Junilius, in libro *de lege divina*, de eccleſia ſyriaca tradere videtur, Canticum nimirum ab illa reprobatum fuiſſe, tribuenda eſſe, mihi eſt probabile (*).

E Pro

(*) Junilius epiſcopus urbis cujusdam Africae, Caveo auctore Saec. VI medio floruit; librumque ſcripſit de divina lege,

Digitized by Google

Mopſveſtenus. Quare miſſis iis omnibus, quae ceteri expoſitores de cantico ſenſerunt, ſolum Euſebium, cujus, praeter hunc integrum ecclogarum locum, aliâ quoque de eodem libro effata, a Meurſio Vol. VIII. opp. ſub nomine *Catenae in Canticum* vulgata, adeunda, et cum noſtri fragmenti verbis conferenda eſſe cenſui. Is enim in catena, quae praeter plura Gregorii Nyſſeni, Philonis, Athanaſii, Didymi, et Theophili, ipſius Euſebii prooemium exhibet, quae ipſe de cantico judicaverit, diſertis verbis expoſuit: „*Moſen et* „*Prophetas de Chriſto tanquam de futuro locutos* „*fuiſſe*, inquiens, *Canticum vero haud eſſe tanquam* „*vaticinans, neque tanquam praeſignificans; ſed eum,* „*quem alii praenunciaverint, velut eum in Cantico* „*oſtendi, qui quidem advenerit, carnemque in con-* „*jugio verbi aſſumſerit; nuptiasque ejus carminibus* „*celebrari; colloquia vero, quibus refertus eſt integer* „*liber, eſſe adlocutiones veteris populi, humani gene-* „*ris et eccleſiae gentilis ad verbum, ejusque reſponſio-* „*nes, et cetera eccleſiarum, judaicae et gentilis, ange-* „*lorumque colloquia.*“ Quam Euſebii ſententiam communi prope omnium interpretum expoſitioni analogam, aliis quidem, paucioribusque verbis in noſtro

frag-

Digitized by Google

fragmento expoſitam eſſe, cum exiſtimet, myſterium eccleſiae Chriſti (Judaicae) et differentiam ejus a reginis, aliisque mulieribus (eccleſiis inter gentiles exortis) in cantico reconditam repoſitamque doceri, quisquis, qui utrumque fragmentum perlegerit, luculenter videbit.

Οἱ μεν εκ περιτομης.

Conſtat ex omnibus, quae ſuperſunt, antiquiſſimae eccleſiae recenſionibus canonis V. T. Judaeis, dum reſpublica cultusque ſtaret, nullum unquam de authentia Cantici dubium fuiſſe. Quae enim a doctoribus ſynagogarum lata erat lex, ne quis ante triceſimum aetatis annum librum hunc euolueret, ea aliis cauſſis adſcribenda, neque, cum idem quoque de Ezechiele eſſet ſancitum, contra auctoritatem Cantici eſt allegenda. Rabbinorum dein nonnullorum conamina, Canticum ex canone excludendi, ex dogmaticis aperte rationibus orta ſunt; quibus quoque iisdem ea, quae Junilius, in libro *de lege divina*, de eccleſia ſyriaca tradere videtur, Canticum nimirum ab illa reprobatum fuiſſe, tribuenda eſſe, mihi eſt probabile (*).

E Pro

(*) Junilius epiſcopus urbis cujusdam Africae, Caveo auctore Sacc. VI medio floruit; librumque ſcripſit de divina lege,

Pro noſtra vero ſententia militantur teſtes plurimi, iique aliis non minores; Melito ſcilicet, Origenes, qui ex ipſis hebraeorum fontibus eorumque traditione hauſerunt; Hieronymus, Ruffinus, Hilarius, et ipſe Joſephus, qui, licet expreſſis verbis ſingulos libros haud enumeraverit, omnia tamen iis comprehendit verbis, quibus libros omnes a Moſis morte, uſque ad την Αρταξερξου του μετα Ξερξου Περσων βασιλεως αρχην ſcriptos, in tredecim prophetarum et quatuor hymnorum volumina collectos eſſe, docet.

lege, Bibl. pp. maximae Vol. X. inſertum; in quo inter alia ea quoque tradit, quae de libris canonicis a Paullo quodam, ſcholae Niſibenae doctore, et magiſtro quondam ſuo, acceperat. Dignus eſt ipſe Junilius, quem neſcio, qua ratione, plurimi hiſtoriam canonis tradentes, vel ignorarunt, vel penitus neglexerunt, qui denuo adeatur, conferaturque cum reliquis auctoribus, de antiqua eccleſiae ſyriacae conſtitutione differentibus. Verba ſaltem heic ejus de cantico exſcribere haud abs re erit: Speciem nimirum enumerans librorum ſacrorum proverbialem, diſtinxerat enim omnes S. S. libros in ejusmodi ſpecies, nonniſi Proverbia et Siracidem recenſet, addit vero: „adjungunt quidam librum, qui vocatur Sapientiae et Canticum Canticorum. Videant, quibus plura de Junilio placent, S. V. Crameri Continuationem Boſſveti P. V. Vol. II. p. 531 qui primus recentiorum, quantum equidem novi, de eo diſſeruit.

Digitized by Google

docet. Rei igitur ipſi certiſſimae ex noſtro quidem fragmento novae nihil lucis oritur, niſi, quod ipſum jam teſtem de numero librorum V. T. habeamus Euſebium; qui quidem tribus in locis aliorum recenſuit teſtimonia atque catalogos; verum eam, quam ipſe foveret, ſententiam, qua aut catalogum, Judaeis Chriſtianisque uſitatum, penitus probaret, aut aliam librorum amplecteretur vel diſtinctionem vel ſeriem, nulli ſibi expoſuerat. Sunt vero celebratiſſimi, quos in hiſtoria eccleſiaſtica exhibet, Joſephi, Origenis et Melitonis catalogi (H. E. III, 10. 26. VI, 25.) de quibus breves admodum erimus. Verba enim Joſephi (adv. Appionem I, 78.) δυο δε μονα πρὸς τοῖς εικοσι βιβλια του παντὸς ἐχοντα χρονον την αναγραφην τα δικαιως πεπιστευμενα (quae recentiores editores, ex auctoritate Euſebii, mutarunt, τα δικαιως θεια πεπιστευμενα.) viginti duos in canone Judaeorum extitiſſe libros, expreſſe et aperte declarant; quae porro teſtimonio Origenis, εἰσι δὲ εικοσι δυο βιβλοι καθ Ἑβραιους αἱδε, ac Melitonis ſardicenſis, antiquiſſimi omnium inter Chriſtianos, qui de canone ſcripſerunt, auctoris, qui praeterea, quo melius ſacras litteras noſceret, ipſas

 Aſiae

Aſiae adierat partes, in quibus olim praecipuae res, in libris ſacris traditae, geſtae commemorataeque erant, utroque indubitato, omnique exceptione majore, magis adhuc, ſi id opus eſſet, confirmatur. Quibus vero non contraria eſt enumeratio diverſa ex alia eaque recentiori quadam Rabbinorum diſtinctione, in libris Epiphanii orta, additis nimirum ad exemplum quinque litterarum in recentiori Chaldaeorum alphabeto duplicatarum (Epiphan. de ponderibus et menſuris 3. 4. et haereſ. I, 6.) quinque libris, qui in antiquioribus catalogis expreſſa eorum mentione haud facta, reliquis jungebantur; ipſoque praeterea Epiphanio rationes indicante, cur antiquiores catalogi XXII ſaltem libros enumeraſſent: Εικοσι δε και δυο, κατα την του αλφαβητου παρ' Ἑβραιοις στοιχειωσιν αριθμουμεναι ἡρμηνευθησαν. Solus ergo ex omnibus patribus Epiphanius Judaeorum Talmudiſtarum, in quorum ſcholis ipſe, gente Judaeus, eruditus erat, in libros, quos jam Chriſtianus, isque epiſcopus factus, conſcripſit, novas librorum ſacrorum diſtinctiones tranſtulit. Omnes denique mittimus recentiores, qui antiquiores in numero librorum tradendo ſecuti ſunt,

(Vid.

(Vid. V. Schmidii hiſtoriam antiquam et vindicationem canonis.)

Alterum vero, cujus anſam nobis fragmentum noſtrum Euſebii praebet, argumentum, quem nimirum ordinem ſecutus ſit ipſe in enumerandis libris ſacris, haud ita accurate declarari poteſt. Eos enim potiſſimum recenſet libros, qui dicta prophetica de Chriſto exhibent, ceteris vel omiſſis, vel leviter ſaltem et ſtrictim indicatis: probabile tamen fit ex librorum, quam propoſuit, ſerie, eum antiquiſſimum ſecutum fuiſſe ordinem. Primo quidem hiſtoricos libros enarrat, dein poeticos, qui apud Joſephum ὑμνοι εις τον ϑεον και τοις ανθρωποις ὑποθηκαι του βιου audiunt; ultimo denique loco omnes prophetas, comprehenſo ipſo Daniele, quem nullo modo inter hagiographa, qui Judaeis mos erat, repoſuit. Quid autem de libro Eſther judicaverit, incertum mihi eſt, cum nullam ejus mentionem in excerptis meis ex codice Euſebii reperiam; quem tamen librum, ſi nomen ejus in codice exaratum inveniſſem, a me neglectum haud fuiſſe certo mihi ſum conſcius. Cum igitur de unico modo libro non conſtet, num in Ecclogis Euſebianis enumeretur, ordinem librorum

Digitized by Google

in Ecclogis excerptorum proxime ad catalogum Melitonis ſardicenſis accedere patet. Libris enim hiſtoricis ab Euſebio ſolus additur Eſras, a Melitone inter Prophetas recenſitus; libri vero poetici omnes eodem, quo Melito, exhibentur ordine. In Prophetis denique Euſebius primo quidem XII minores, dein majores enumerat, additis ex more Helleniſtarum Threnis et libro Baruch. Melito vero habet, Eſaiam, Jeremiam, duodecim dein minores, Danielem et Ezechielem, quibus ultimo loco Eſras additur.

Ὁ φιλοπονοτατος.

Certo certius mihi videtur Euſebius his verbis indigitare Origenem, quem ſacrarum litterarum diligentiſſimum fuiſſe interpretem et omnis priſca eccleſia confitetur, et ipſum immenſorum ejus voluminum, quae noſtra ad tempora pervenerunt, examen teſtatur. Juvenis ille admodum commentarium in Canticum ſcripſit, cujus nonnulla membra capiti VII Philocaliae inſerta ſunt; alterius, quem provectiore jam aetate decem tomis abſoluerat, pars ſupereſt ſat ampla, in homilias ſex male diſtributa; reliquis deperditis, ex quibus tamen extant pro-

Digitized by Google

procopiana excerpta. Illum vero in Cantico Canticorum non litteralem, ſed myſticum potius ſenſum indagaſſe, omniaque ea, quae viſa ſunt Euſebio, pluraque expoſuiſſe, non eſt quod moneam.

Digitized by Google

THEODORUS MOPSVESTENUS.

Theodorus, Antiochenae eccleſiae presbyter, Mopſveſtenus dein epiſcopus, loco, doctrina, amicis, fatisque haud ultimum inter doctores eccleſiae orientalis ſaeculi V locum meretur. Conſtat enim ex ſcriptoribus hiſtoriae eccleſiaſticae, eum ex illuſtribus parentibus Antiochiae natum, in ſcholis Libanii educatum, monente Chryſoſtomo, quocum ſumma familiaritate conjunctus erat, e ſaeculo iterum ad eccleſiam reverſum fuiſſe, ſeque in diſciplinam Flaviani et Diodori Tarſenſis, magni in oriente Chriſtiano eo tempore nominis doctorum, tradidiſſe. Quorum inſtitutionibus uſus eam ſibi comparavit eruditionis ſaniorisque philoſophiae copiam, qua non modo annum aetatis decimum ſeptimum vix egreſſus commentarios in S. Scripturam ſcri-

Digitized by Google

ſcribere coeperit, ſed relictis quoque rejectisque iis, quae a ſenſu litterali recederent, interpretationibus alexandrinis et origenianis, litteralem illum tantum amplexus ſit, et proprio contra Origenem opere propugnaverit. Verum non ſacris ſolum litteris interpretandis operam navavit, ſed etiam, univerſae eorum temporum theologicae diſciplinae peritiſſimus, innumeros adverſus varias, quae primis rei chriſtianae ſaeculis eccleſiam diviſere, ſectas libros edidit. Inter alia incarnationem Domini contra Arium et Eunomium vindicavit; Perſarum Magiam, quae una cum reliquis theurgorum deliramentis haud paucos inter Chriſtianos et Gentiles habebat aſſeclas, refutavit, demonſtravitque quanto praeſtantior illis ſit chriſtiana pietas. Religionis porro dogmata in eadem, ex qua ipſe egreſſus erat, ſchola Antiochena ore tradens, meruit, qui communis totius orientis diceretur praeceptor: habuit enim diſcipulos, qui in primis eccleſiae orientalis dignitatibus poſtea conſtituti, pietate et doctrina aeque claruere. Inter quos Neſtorium, Joannem Antiochenum, et Theodoretum, Cyri epiſcopum, nominaſſe ſat erit. Quo factum eſt, ut ſeceſſione eccleſiarum, quae Neſtorio faverent, et a violentiis Alexandrinorum antiſtitum, ad ſupremam in eccleſia

 aucto-

Digitized by Google

THEODORUS MOPSVESTENUS.

Theodorus, Antiochenae eccleſiae presbyter, Mopſveſtenus dein epiſcopus, loco, doctrina, amicis, fatisque haud ultimum inter doctores eccleſiae orientalis ſaeculi V locum meretur. Conſtat enim ex ſcriptoribus hiſtoriae eccleſiaſticae, eum ex illuſtribus parentibus Antiochiae natum, in ſcholis Libanii educatum, monente Chryſoſtomo, quocum ſumma familiaritate conjunctus erat, e ſaeculo iterum ad eccleſiam reverſum fuiſſe, ſeque in diſciplinam Flaviani et Diodori Tarſenſis, magni in oriente Chriſtiano eo tempore nominis doctorum, tradidiſſe. Quorum inſtitutionibus uſus eam ſibi comparavit eruditionis ſaniorisque philoſophiae copiam, qua non modo annum aetatis decimum ſeptimum vix egreſſus commentarios in S. Scripturam ſcri-

Digitized by Google

ſcribere coeperit, ſed relictis quoque rejectisque iis, quae a ſenſu litterali recederent, interpretationibus alexandrinis et origenianis, litteralem illum tantum amplexus ſit, et proprio contra Origenem opere propugnaverit. Verum non ſacris ſolum litteris interpretandis operam navavit, ſed etiam, univerſae eorum temporum theologicae diſciplinae peritiſſimus, innumeros adverſus varias, quae primis rei chriſtianae ſaeculis eccleſiam diviſere, ſectas libros edidit. Inter alia incarnationem Domini contra Arium et Eunomium vindicavit; Perſarum Magiam, quae una cum reliquis theurgorum deliramentis haud paucos inter Chriſtianos et Gentiles habebat aſſeclas, refutavit, demonſtravitque quanto praeſtantior illis ſit chriſtiana pietas. Religionis porro dogmata in eadem, ex qua ipſe egreſſus erat, ſchola Antiochena ore tradens, meruit, qui communis totius orientis diceretur praeceptor: habuit enim diſcipulos, qui in primis eccleſiae orientalis dignitatibus poſtea conſtituti, pietate et doctrina aeque claruere. Inter quos Neſtorium, Joannem Antiochenum, et Theodoretum, Cyri epiſcopum, nominaſſe ſat erit. Quo factum eſt, ut ſeceſſione eccleſiarum, quae Neſtorio faverent, et a violentiis Alexandrinorum antiſtitum, ad ſupremam in eccleſia

 aucto-

Digitized by Google

auctoritatem aperte adſpirantium, abhorrerent, a partibus orthodoxorum facta, ille quoque Theodorus a Neſtorianis pro doctore habitus, et eadem qua Neſtorius et Diodorus Tarſenſis veneratione, per omnia tempora commemoratus ſit. Quapropter etiam opera ejus, quae Graeci odio aut delevere aut ſaltem perire paſſi ſunt, in orientalibus Neſtorianorum coetibus varia in idiomata, in ſyriacum nimirum, armenicum, perſicum, chaldaicumque et arabicum tranſlata, vulgatiſſima ſunt, neque in oriente ſolum, verum etiam noſtris in bibliothecis ſyriace potiſſimum habentur (vid. Aſſem. bibl. orient. Vol. III. p. I. p. 30. Renaudot. liturg. orient. Tom. II. p. 622, et Walchii, praeceptoris pie colendi, Geſchichte der Kezereyen, Vol. VIII, p. 17.)

Ipſe quidem Theodorus poſtquam eccleſiam Mopſveſtiae, urbis in Cilicia conditae, per annos 36 pie et ſapienter moderatus eſſet, anno poſt Chriſtum natum CDXXIX in pace eccleſiae, ut vulgo aiunt, obiit. Brevi tamen poſt mortem ejus litibus Neſtorianis, quas potius lites Alexandrinam inter et Conſtantinopolitanam ſedem de Primatu dixeris, obortis, memoria quoque Theodori ab inimicis invidisque atrociſſime vexata eſt. Noſtri heic non eſt conſilii, longam per-

Digitized by Google

pernicioſamque enarrare contentionem de tribus capitulis, τρια enim κεφαλαια dicebantur opera Ibae Edesſeni, Theodori noſtri, et Theodoreti, in qua denique Concilium Conſtantinopolitanum anno DLIII, anathemathe contra auctores trium capitulorum, quod Neſtoriani ad eos velut ſuos doctores provocarent, fulminato, pronunciavit. Ita quidem flagrantibus Orthodoxos inter et Neſtorianos diſſidiis, eccleſiaque miſere adſecta, judicaverunt epiſcopi varias in partes ſtudio et ira, ſpe atque timore tracti. Poſteritatis vero judicium, penes quam aequae ſententiae ferendae eſt jus, cum a ſtudio atque ira ſit aliena, cauſasque rerum liberius inquirere atque indagare poſſit, honorem trium capitulorum, injuſte oppreſſum, iterum vindicavit; quin ipſum Neſtorium, qnod ſuperſtitiones minus caute adgreſſus erat, injuſte accuſatum, condemnatum ſedeque pulſum fuiſſe, pronunciavit.

Et haec quidem in univerſum de Theodoro Mopſveſteno. Pauca ſunt, quae edax aevum invidiamque hoſtium evaſerunt graeca vel latina ejus fragmenta, eaque plurimum ab ipſis ejus inimicis adſervata, quorum in memoriam ejus tanta erat invidia, ut omnia, quae dixerit, blaſphema eſſe cenſerent. Commentarios enim ejus in S. Scripturam *debacchationes ſcripturarum*

Digitized by Google

rum appellat Leontius Byzantinus, eumque, *quod labores S. S. doctorum, qui in eis laborarant, nunquam irridere et deludere deſierit* accuſat. Prima vero, eaque principalis odiorum in commentarios ejus cauſa ex ipſo Leontio patet, qui *auſum eum fuiſſe* ait, *contra gloriam Spiritus Sancti, cum omnes quidem ſcripturas altas, quas ſancti afflatu ejus tradiderunt, humiliter et demiſſe interpretans, tum vero a numero ſacrarum ſcripturarum divine praeſcripto et indicato eos ſeparans.* (v. Leontium ap. Fabricium in B. G. Vol. IX. p. 158.) Quam humilem et demiſſam interpretationem litteralem eum, quem ubique quaeſivit, S. S. ſénſum indigitare, nemo non videt. Diſquiſitiones porro de canone utriusque teſtamenti eum inſtituiſſe, ex reliquis Leontii in eum declamationibus patere videtur: eccleſiae enim primaevae ſyriacae canonem dubio procul ſecutus, nonnullas catholicarum epiſtolarum, Jacobi ſcilicet et Judae, atque poſteriores Joannis rejecit. Quibus vero argumentis motus tum Jobum, tum libros Paralipomenon et Esram repudiaverit, equidem definere nullus audeo. Inſcriptiones porro hymnorum, Pſalmorum et canticorum penitus ejecit; omnes Pſalmos, tribus tantum, quos de Chriſto interpretatus eſt, relictis, ad

Ezc-

Digitized by Google

Ezechiam et Zorobabelem reduxit; Canticumque, cum non myſteria fidei, ſed carmina epithalamica continere, judicaverit, eandem forte ob cauſam ac Junilius, nimis violenter ex codice ſacro ejecit. Quid mirum, ejusmodi diſquiſitiones conjecturasque plus minus audaces, verasque falſis mixtas, examini atque diſcuſſioni theologorum criticorumque XVIII poſt Chriſtum natum ſaeculi denuo reſervatas, viro ſummo, ſaeculo ſuo longe majori, odia, iras, atque perſecutiones, ubi primum, lento iis temporibus litterarum commercio, opera ejus vulgata omnibusque cognita eſſent, peperiſſe? Noſtro quidem aevo univerſam Theodori eruditionem criticam exegeticamque, cum non niſi fragmenta operum ejus ab inimicis prope omnia excerpta, habeantur; ipſa vero integra volumina aut ex oriente nondum adducta ſint, aut in bibliothecis, vaticana imprimis atque vindobonenſi, lateant, expendere, atque in univerſum dijudicare, nondum licet. Iis tamen ſubſcribendum eſſe cenſeo, quae de eo Theodoretus H. E. libro V. c. 39 aſſerit: πασης της εκκλησιας eum fuiſſe διδασκαλὼν; eumque de rationali et litterali S. S. interpretatione in priſca eccleſia adeo neglecta, curis verum et laboribus ejus in nonnullis ſaltem eccle-

ſiae

ſiae orientalis partibus conſervata, immortaliter meruiſſe.

Supereſt, ut paucis adhuc de operibus ejus verba faciamus. Catalogum quidem ſat prolixum dedere Fabricius in B. G. l. c. et Caveus ad h. l. quibus acceſſere codices ſyriaci vaticani, adhuc inediti, ab Aſſemanno Bibl. Or. Tom. III. p. 31. recenſiti, multaque fragmenta exegetica in Octateuchum, per catenam Nicephori Hieromonachi, Lipſiae 1773. ſparſa. De qua vero mihi, licet et Irenaei in illa haberi fragmenta comperiſſem, nondum viſa, adeant lectores S. V. Erneſti *Bibliothecam Theologicam*. Vol. II. p. 388. et III. 292. Plura Theodori, quae epiſtolam Pauli ad Romanos exponunt, in itinere italico ex codicibus et catenis vaticanis, exſcripſit vir. doctiſſ. N. C. Kallius L. L. O. O. in regia noſtra univerſitate profeſſor, quae ne amplius reipublicae litterarum invideantur, omnium, quibus id ſtudiorum genus curae eſt, ſunt vota. Haec denique mea, hactenus omnia inedita, partim exſcripſi ex codd. ms. bibliothecae Caeſareae vindobonenſis, partim vero in bibl. Corſiniae Romae ex apographo viri cujusdam docti, quem, ut in prae-

fatione

Digitized by Google

ſatione jam monui, Fogginum fuiſſe ſuſpicor. Ipſa jam lectoribus ante oculos ſiſto Theodori fragmenta, reliqua omnia, quae ex iis ipſis de eo diſſerenda mihi erunt, in notis, fragmentis ſubjungendis, additurus.

FRAGMENTUM I.

Ex cod. palat. xx., et apographo ejusdem vatic. MCMXXXIII catenam patrum in Lucam exhibente.

Ad verba Luc. II, 31-32.

Θεοδωρου Μοψουεστιας εκ της προς τα κατα Χριστιανων κατηγοριας Ιουλιανου του παραβατου.

Του Αποστολου ειποντος· η Ιουδαιων θεος

Theodori Mopſveſteni ex confutatione accuſationis Chriſtianorum Juliani Apoſtatae.

Apoſtolo dicente „ num Judaeorum ſolum,

Θεος μονων, ουχι δε και Εθνων; *αντεπερωτα* Ιουλιανος· *και του χαριν, φησιν, πολυ μεν εις τους* Ιουδαιους *επεμπε το προφητικον χαρισμα, και τον* Μωυσεα, *και το χρισμα, και τους* Προφητας, *και τον νομόν, και τα παραδοξα τεραστια των μυθων;* Ακουεις *γαρ αυτων βοωντων· αρτον αγγελων εφαγεν ανθρωπος.* Επι *τελους δε και τον* Ιησουν *επεμψεν εκεινοις.* Εν *δευτεροις δε τα αυτα*

lum, nonne etiam gentium? reſtipulatur Julianus: propter quod inter Judaeos miſit propheticum munus, et Moſen, et unctiones, et Prophetas, et legem, et miracula prodigioſa fabularum? Audis vero ipſos dicentes „panem angelorum manducavit homo. Denique et Jeſum iis miſit.“ Succeſſione vero temporum, eadem haec et omni-

Digitized by Google

αυτα ταυτα και πασιν, ει δε μη παρεδεξαντο παντες τοτε, αλλ' υστερον παρεδεξαντο. Διεσαλευθησαν γαρ προτερον ὑπο των προφητων, και των προλαβοντων τεραστων· ὑπεπεσον δε παντελως, επι του Χριστου ἡττηθεντας ὑμων θεασαμενοι τους θεους, και πλασματα, και μυθους οντας ευροντες τα λεγομενα περι αυτων, και μηδεν πλεον. Επειδη γαρ

αμετα-

omnibus miſſa ſunt, qui licet tunc omnes haud acceperint, poſtea tamen acceperunt. Vehementer enim ſuperiori tempore concutiebantur a prophetis, et miraculis opinionem anticipatam excitantibus. Succubuerunt vero omnino, cum deos veſtros victos a Chriſto viderent, fictionesque et fabulas nihilque praeterea omnia ea eſſe, quae de iis dicerentur, invenirent. Quan-

doqui-

Digitized by Google

αμεταθετως ειχον απο της των ειδωλων απατης πασιν αποφραττουσης τας ακοας, και ὡς σωτηρσιν εκεινοις πειθομενοι· δια τουτο τοις πολεμιοις συνεχωρησεν ὁ θεος παντας πασιν αναμιχθηναι, ἱνα τον ἑαυτων ἑκαστοι θεασωνται θεον, μητε ἑαυτω, μητε εκεινοις βοηθησαι δυναμενον, και γνωειν, ὡς ουκ εστιν εν αυτοις σωτηριας ελπις. Ὑφ ἑνα ανδρα τοσουτων γενομενων

Quoquidem enim immutabiliter a fraudibus idolorum, omnibus aures obturantibus, illisque (idolis) quemadmodum ſalvatoribus confiſi, tenebantur; propter hoc Deus omnes eos inimicis omnibus tradidit commiſceri, quo quisquis ſuum videret deum, neque ſibi, neque ſuis opitulari valentem, atque nullam omnino in iis eſſe ſalutis ſpem cognoſceret. Redactis itaque ſub pote-

Digitized by Google

γεμενων εθνων και θεων των αρξαντων ποτε, παλαι μεν ὑπο Μακεδοσι μονοις γεγενημενων, ειτ' αυθις ὑπο Ρωμαιοις· και ζητουντων θεον, ὡςπερ ασφαλως κατα- γ
πιστευσειαν ἑαυτους, εν τουτοις ωφθη Χριστος και δεομενοις επεφανη κατα καιρον· προτερον μεν ου κατ' εθνη, αλλα κατα ανδρα, εκλεγομενος απο των εθνων, ὁυς ανευρισκε πειθομενους, νυν δε κατα 6
εθνη.

poteſtatem unius viri populis atque deis hiſce quondam imperantibus, a ſolis quidem olim Macedonibus, denique vero a Romanis ſubjectis; iisque Deum quaerentibus, ut illi tute ſeſe crederent committerentque: per id tempus viſus eſt Chriſtus, et opportune apparuit rogantibus. Primo quidem non propter gentes, ſed propter hominem, probatus a gentibus, quas fideles invenit: nunc vero propter gentes.

 Deus

Digitized by Google

εθνη. Ου γαρ βιαζεσθαι βουλεται το εθελειν ὑμων ὁ θεος, ἱν᾽ ὁπερ θελομεν μη εθελωμεν· Τουτο γαρ ουδεν ἑτερον εστιν, ἠ μεταποιειν την φυσιν ἡμων.

Deus enim non vult vim voluntati noſtrae inferri, ut, quod volumus, non voluerimus. Hoc enim nihil aliud eſt, niſi mutare naturam noſtram.

NOTAE.

Ιουλιανου του παραβατου.

Julianus Imperator, poſtquam a religione chriſtiana palam deſciverat, exemplo, legibus latis, emendatione ſuperſtitionum gentilium ex philoſophia orientali atque platonica, artibus denique, quibus diſſidia inter Chriſtianos orta augerentur, ipſaque juventutis chriſtianae inſtitutio atque liberalior educatio vel penitus tolleretur, vel ſaltem, quoad fieri poſſet, maxime impediretur, rem chriſtianam opprimere haud inſipiente conamine adgreſſus eſt. Novit enim eam eſſe ingenii humani rationem, qua in vetitum ſemper nitamur;

Digitized by Google

tamur; atque experientia edoctus, nullo rem Chriſtianam ex cruentis Decii, Diocletiani et Licinii perſecutionibus detrimento adfectam, verum potius ſangvine martyrum auctam fuiſſe, ipſe ab atrocitate praeterea et ſanguine aeque abhorrens, mitis ingenio et ſuperſtitione, quippe qui Myſtas immaculatos eſſe debere profeſſus ſit, inſolentioribus armis ad oppugnandam evertendamque religionem chriſtianam utebatur. In quibus haud ultimo loco nominandi ſunt libri, quibus Judaeos et Chriſtianos argumentis invaſit convitiisque deriſit; quosque, incertum majore odio an malitia, inter graviſſima imperii negotia, bello adverſus Perſas flagrante, conſcripſit. Certo quidem, cum ipſe a puero inde Chriſtianus fuerit, inter clericos juventutis haud exiguam partem tranſegerit, quin eccleſiaſtico munere interdum functus eſſet, ignorantiae religionis ritusque Chriſtiani nullo modo inculpari poterat: neceſſario inde major accuſationibus ejus, tanquam rerum periti, fides habenda erat, majorque adverſus Chriſtianos indignatio oriunda. Neque gentilium philoſophis, idolorum religiones novo eoque philoſophico colore fucatas, ſpoliisque Chriſtianae exornatas, propugnantibus, cum obſcuro hominum coetu, nullo praeter pietatem decore conſpicuo, ubique deluſo

 ſpre-

ſpretoque, tunc amplius res erat gerenda. Obſoleta inde convitia opprobrioſa aeque atque puerilia primis coetus Chriſtiani temporibus vulgata. Jam enim ingens imperii romani pars Chriſtianam religionem palam profitebatur: eccleſiae ubique conditae; epiſcopi miniſtrique ſacrorum publici; libri ſacri omnibus, quorum intererat, noti; apologiae, totque patrum volumina edita; concilia celebrata; ipſaque religio publico imperatorum decreto in imperio romano recepta atque ſtabilita. Argumentis propterea ex ipſo religionis fonte, libris nimirum ſacris internisque eorum criteriis, hauriendis, contra rem Chriſtianam pugnandum; religiones et myſteria excolenda atque purganda; vitioſa morum impuritas abolenda; exemplis Chriſti et Apoſtolorum vitae et res geſtae Philoſophorum, miraculis denique a divino religionis auctore editis, ſi quidem ea evertere vel negare haud licuerit, alia Philoſophorum, Myſtarum atque Theurgorum opponenda erant. Hoc quidem Julianus conſilium, ſaeculo jam III a Philoſophis ſacerdotibusque conditum, ubique per principatus breve tempus ſequebatur; haec ejus in publica imperii adminiſtratione ratio, idemque in epiſtolis, aliisque, quae ſuperſunt, opuſculis finis. Mihi quidem, miſſis innumeris locis

ex

Digitized by Google

ex epiſtolis, Miſopogone et Caeſaribus, in quibus inſenſum in Chriſtianos animum aperte declaravit, paucis ſaltem de conſilio atque inſtituto majoris, quod contra Chriſtianos conſcripſit, operis agendum. Illud nimirum, ſeptem libris comprehenſum, Hieronymi adhuc temporibus habebatur, (Hieron. epiſt. 83.), a gentilibus ſummis laudibus elatum: dicitur enim a Libanio in orat. parentali in funus Juliani συγγραφαι βιβλιων βοηϑουντων ϑεοις; a Chriſtianis contra vituperiis depreſſum. Jam vero dudum periit, eodem forte fato comprehenſum, quod Porphyrii, aliorumque libros adverſus Chriſtianos, ex legibus Theodoſii et Juſtiniani, (de ſumma trinitate) quibus ut igni traderentur ſancitum, delevit. Tres tamen operis libri in decem Cyrilli adverſus Julianum ſparſi, ex iis quoad plurimam partem, quemadmodum Celſi declamationes ex Origene, reſtitui poſſunt: cujus rei exemplum praebuit haud improbandum Marchio d' Argens, in libro cui titulus: *Defenſe du Paganiſme de l'empereur Julien.* Reliqui quatuor, quos contra Chriſtianam religionem ſcripſit, penitus interiere. Primis hiſce quidem libris Julianus Moſen religionemque potiſſimum Judaicam inſectatus eſt, ſparſis tamen paſſim contra perſonam Chriſti religionemque

Digitized by Google

ejus vituperiis, nullo, qui Philoſophum decuiſſet, argumentorum capitumque accuſationis ordine ſervato; licet ipſe in initio operis, ubi conſilium ſuum exponit, *omnia religionis capita ſe tractaturum*, quo *lectores* ειπερ αντιλεγειν εθελοιεν, ὥσπερ εν δικαστηριῳ, μηδεν εξωθεν πολυπραγμονειν, μηδε (κατα) το λεγομενον, αντικατηγορειν, ἕως αν ὑπερ των πρωτων απολογησανται, ad antiquiſſimas P. P. apologias, in quibus, fatendum id quidem, lucidus ordo plus ſemel deſideratur, reſpexiſſe mihi viſus ſit. Ita quoque heic, ut Hieronymi utar verbis, *ſuo ſe enſe laceravit.*

Ex quibus omnibus colligo, librum quem ultimis vitae menſibus, ipſa in expeditione adverſus Perſas, inter alia graviſſima imperii negotia, conſcripſit, ad umbilicum usque ab eo haud perductum neque abſolutum fuiſſe. Plurima, quod jam monui, horum librorum pars conſtat conviciis atque contumeliis in libros Moſaicos religionemque Judaicam; illos enim cum operibus Platonis, hanc cum placitis philoſophorum atque religionibus gentilium, interjectis paſſim contra Chriſtum Apoſtolosque, Paulum imprimis atque Joannem, invectivis, quarum tamen atrociſſimas ipſe Cyrillus omiſit, comparat. Plura

vero

vero addidiſſe illum in iis, qui periere libris, certum eſt, de quibus ipſe, ubi de diſſenſu Matthaei et Lucae in ſtirpe Chriſti enarranda agit: *αλλα περι μεν τουτου μελλοντες εν τῳ δευτερῳ συγγραμματι το αληθες ακριβως εξεταζειν, υπερτιθεμεθα.* Ex his deperditis noſtra fragmenta, quae una cum Theodori Mopſveſteni reliquiis heic damus, eum in iis, quae Cyrillus adſervavit, deſiderentur, excerpta eſſe, ſummam habet veritatis ſpeciem. Illos quidem libros, ut et Porphyrii Hieroclis aliorumque, a Chriſtianis pro religione inconſiderate zelantibus deletos exſtripatosque eſſe, non ſine reipublicae chriſtianae detrimento factum. Periere enim una cum convitiis atque confutationibus, quae nullum veritati attuliſſent damnum, ipſa inimicorum Chriſtiani nominis de miraculis a Domino patratis, teſtimonia, multaque ex Sacra Scriptura citata, ex quibus textus authentia puritasque, per omnia a Chriſto nato ſaecula conſervata, magis comprobaretur.

Tantas Juliani in Chriſtianam religionem, quam *αθεοτητα* plerumque dixit, iras, vitae ratione, legibus, ac ſcriptis demonſtratas; exemplumque, a principe, ceteroquin optimo atque fortiſſimo, odii adverſus publicam jam in imperio religionem editum,

Chriſtianos ad novas conſcribendas apologias atque confutationes moviſſe, et movere quidem debuiſſe, quisquis facile cernit. Primus quidem in iis, qui adverſus Julianum ſcripſere, nominandus eſt Cyrillus Alexandrinus, qui ipſa Imperatoris verba confutationibus ſuis intexuit, quas haud omnes Juliani, ſed tres tantum priores forte libros exhibere, dolendum eſt. Loquitur enim ipſe de tribus tantum Juliani libris: *και δη τρια*, inquiens *συγγεγραφε βιβλια κατα των ἁγιων ευαγγελιων και κατα της ευαγους των Χριστιανων θρησκειας*. Quae Cyrilli verba Marchionem Argenſium induxerunt, ut praeter hoc Juliani adverſus Chriſtianos duo alia extitiſſe opuſcula, contra auctoritatem Hieronymi, qui *ſeptem* unius operis a Juliano editos fuiſſe libros narrat, non omnino accuratus aſſereret.

Editum eſt opus Cyrilli anno circiter CCCCXXXII. binae praeterea Gregorii Nazianzeni in Julianum habentur invectivae, et Ephremi Syri *diſſolutio impietatis Juliani*, ſyriace, tamen nondum typis vulgata. Deperditae vero ſunt Apollinaris Laodiceni libri adverſus Julianum et Philoſophos *pro veritate*, *ὑπερ αληθειας*; Philippi Sidetae, Presbyteri Conſtantinopoli-

Digitized by Google

nopolitani, anno circa cccxviii florentis, liber adverſus Julianum; Photii porro opus pluribus libris comprehenſum, de quo ipſe epiſt. clxxxvii ad Chriſtophorum Protoſpatharium loquitur: (v. Fabric. B. G. Vol. VIII. p. 89.) et noſtri denique Theodori Mopſveſteni, hactenus plane incognitum, cui integer fuiſſe videtur titulus: *Θεοδωρου Μοψουεστιας κατηγορια προς τα κατα Χριστιανων Ιουλιανου του παραβατου.* Haec prooemii cauſa differenda nobis erant: ipſa jam fragmenta Theodori adeunda pauciſque illuſtranda.

Του Αποστολου ειποντος.

Excerptum eſt hoc Theodori fragmentum ex Catena in Lucam; cujus caput II. in apographo meo indicatum inveni; reſpicit forte ad verſum 30 et 31. ubi Simeon: *ὅτι ειδον ὁι οφθαλμοι μου το σωτηριον σου, ὁ ητοιμασας κατα προσωπων παντων των λαων.* Verba vero Juliani ſunt adverſus Rom. III. 29. habenturque in libro III Cyrilli Alexandr. adverſus Julianum, (ed. Ez. Spanhemii Lipſ. 1696. p. 106.) ubi plura Julianus in initio, quae, quo melius contextus habeatur, exſcribere juvabit:

Digitized by Google

bit. Moſen enim atque Chriſtum, nec non Paulum docuiſſe ait: *Deum ab initio judaeorum ſolum curam geſſiſſe;* increpat dein Paullum, quem antecedentibus *τον παντας πανταχου τους πωποτε γοητας και απατεωνας ὑπερβαλλομενον* (eod. lib. p. 100.) nominat, quod quavis occaſione dogmata de Deo mutet, modo judaeis ſolis, modo gentibus quoque haereditatem Dei eſſe contendens; addit denique poſt citatum locum Paulli Rom. III, 29. *δικαιον ουν ερεσθαι τον Παυλον· ει μη των Ιουδαιων μονων ην ὁ Θεος, αλλα και των εθνων, τα χαριν, κ. τ. λ.*

Και τα παραδοξα τερατια των μυθων.

Narrationes enim Moſis de prodigiis a Deo patratis ſaepius deludit, Chriſtianosque propter hoc vituperat, quod eandem, quam Moſi habeant fidem, Homero, licet ipſe fabulas eum tradere concedet, negent. Attamen idem Julianus, Chriſto infenſiſſimus, eum claudos, caecosque in quibusdam Galilaeae vicis ſanaſſe, fatetur.

Αρτον

Digitized by Google

Αϱτον αγγελων.

Reſpicit ad τεϱαστια; deludit enim Manna, cibum Israelitarum in deſerto, de quo haec verba, Pſalm. LXXVIII, 25.

Και τον Ιησουν.

Deſunt heic ultima Juliani verba, quorum tamen ſenſus facile ſuppletur. Ita enim totus contextus ſeſe habet: Deus Judaeis, neglectis penitus gentibus, tot dona miraculoſa largitus eſt; legem et oracula per prophetas edidit; Jeſum denique miſit; verum et hunc ſolis judaeis; inde Chriſti dogmata haud eſſe ea, quae de univerſo, quo Deus erga omnes adfectus ſit, amore, in N. T. habentur, ſed a Paullo, doctrinae chriſtianae addita ea eſſe. Ita enim apud Cyrillum pergit: επι τελει δε και τον Ιησουν αυτοις επεμψεν, ου πϱοφητην, ου χϱισμα, ου διδασκαλον, ου κηϱυκα της μελλουσης οψε ποτε γουν εσεσθαι και εις ἡμας του θεου φιλανθϱωπιας. Quae vero omnia eum in finem tendunt, ut aliam penitus ab Apoſtolis praedicatam fuiſſe, prorſusque ab ea diverſam, quam Jeſus ipſe, dum in terris viveret, docuerat religionem, probaretur.

tur. Saepius enim huc redit Julianus; ſolum v. c. Joannem Chriſtum mundi creatorem praedicaſſe, et auctorem eum eſſe mali errorisque, quo Chriſtiani divinum Chriſto redderent cultum, mendax aſſerit.

Εν δευτεροις.

Incipit heic Theodori confutatio. εν δευτεροις, ſcilicet καιροις. Τα αυτα πασιν· ſubintelligendum verbum quod in praecedentibus Juliani, επεμψεν.

Και των προλαβοντων τεραστων.

Verti haec τεραστα, *Miracula opinionem anticipatam excitantia* vel potius *ſuggerentia:* hunc enim verbi προλαμβανειν eſſe ſenſum plura auctorum dicta facile demonſtrant, ex quibus pauca afferre juvabit. Thucydides enim προλαμβανω τη κρισει. *praejudico;* Theophr. in Char. 8. ὁπως προλαβωσι ταις εὐδιαις την αυξησιν *ut incrementum praeſumere valeant clementia temporis;* Baſilius, δια τουτο απο τυχης γινεσθαι προειληφθαι *jam anticipata et praeſumta eſt opinio, fortuna haec fieri.* Προληψιν *vero ante-*

Digitized by Google

anteceptam animo rei quandam informationem, *anticipationem* et *praenotionem* Cicero vertit. Vide plura in Theſauris graecae linguae.

Ἡττηθεντας ὑμων θεασαμενοι τους θεους.

Cultum deorum a ſecundo inde ſaeculo maximum a Chriſtianis detrimentum accepiſſe ipſi Romanorum ſcriptores teſtantur. Plinius enim, ut alios taceam, in epiſtola ad Trajanum Auguſtum celeberrima, per ſuam provinciam *templa prope jam deſolata*, *et ſacra ſolennia diu intermiſſa* fuiſſe tradit. Quae vero non per Bithyniam modo, ſed per univerſum orbem romanum cultiorem, facta eſſe, teſtimonia ſatis antiqua, ipſaeque ſacerdotum in Chriſtianos ubique locorum odia luculenter teſtantur. Hinc quoque oracula a primo inde ſaeculo rariora edita fuiſſe tradunt, quae denique, aucto indies Chriſtianorum numero, penitus obmutuere. Nos quidem ejusmodi fraudes tandem ceſſaſſe haud ita miramur; patribus verò, oracula, daemonum afflatu edita fuiſſe, perſuaſis, argumento id fuit ſaepius excitato pro veritate religionis Chriſtianae demonſtranda.

Digitized by Google

Ὑφ ἑνα ανδρα.

Auguſtum puto heic a Theodoro indigitari, rerum ſumma potitum. Quae vero ſequuntur προτερον μεν ου κατ εθνη etc. ea me haud ita clare intelligere, fateor. Diſtinguit enim virum inter et populos. Viri autem cauſa Chriſtum primum apparuiſſe, non vero populorum, etſi verba ſint Theodori, ſententiam tamen ejus haud fuiſſe perſuaſum mihi eſt. Locum inde corruptum credo, licet emendare haud auſim. Facilior ipſa graeca foret lectio, ſi νυν δε, heic loco ὑστερον δε dictum, ante εκλεγομενος poneretur; idem tamen ſemper maneret nodus, quid ſibi velint verba αλλα κατα ανδρα? Quem peritioribus ſolvendum relinquo.

FRAGMENTUM II.

Ex eodem codice.

Του αυτου εκ των αυτων.

Και τινος χαριν ποτε μεν τουτω, ποτε δε

Ejusdem ex eadem.

Et quam ob cauſam aliàs quidem huic, aliàs

Digitized by Google

δε εκεινῳ τῳ εθνει τας καθολικωτερας της οικουμενης εξουσιας παρεδιδου ὁ θεος; ὡς τοις τον κατα καιρον κρατουσιν νομοις και ἡμας παντας κεχρησθαι τους ὑπηκοους· και δι᾽ αλλας μεν πολλας αιτιας ταυτας συνεχωρει τας μεταβολας γινεσθαι. και διαχρησθαι θεῳ, ελθωσιν εξ αναγκης επι το ζητειν τον οντως θεον. |ἱνα

aliàs vero illi populo univerſale in orbem terrarum tradidit dominium Deus, ita ut nos quoque omnes legibus ~~hoc~~ tempore imperantibus morem geramus? Aliasque multas ob cauſas haſce mutationes fieri, Deoque uti conceſſit, ut neceſſitate coacti veniant ad quaerendum verum Deum.

NOTAE.

Του αυτου.

Theodori ex opere adverſus Julianum. Idem thema proſequitur; videnturque verba fragmenti noſtri

Digitized by Google

ſtri partem exhibere ejusdem confutationis, quam antecedens fragmentum. Inveſtigat enim Theodorus rationes, cur providentia divina plurimas regiones orbis terrarum cogniti uni tantum genti ſubjecerit; eademque iterum exponit, quae in praecedente jam fragmento dixerat: δια τουτο τοις πολεμιοις συνεχωρησεν ὁ Θεος, etc.

Ποτε μεν τουτῳ, ποτε δε εκεινῳ.

Procul dubio ad Romanos ac Macedones reſpicit, de quibus in fragmento primo.

Και διαχρησθαι θεῳ.

Locus difficilis: nulla enim quas unquam habuit vox, διαχρησθαι, ſignificatio heic quadrat. Quonam enim modo hac *mutationes Deo uti* potuere? Mallem legere Θεος. Tunc enim ſenſus *calamitatum*, qui verbo, διαχρησθαι, ineſt, noſtris cum verbis facile jungeretur. Ita fere verterem: *et alias quidem multas ob cauſas permiſit Deus haſce mutationes fieri atque calamitates evenire.* Sic enim Plu-

tarchus

Digitized by Google

tarchus in Pericle: διαχρησεσθαι ολεθρῳ, et Herodotus: διαχρησονται τοιουτῳ μορῳ.

Ελθωσιν.

Subintelligendum: ἱνα.

FRAGMENTUM III.

Ex eodem codice.

Ad verba Luc. IV, 4.

Ουδεν καινον, ασεβεστατε Ιουλιανε, ει και γινωσκεται ὑπο των δαιμονων, και ὁμολογειται θεος, και πειραζεται ὑπο του αρχοντος των δαιμονων, μη ὁμολογουντος την αυτου βασιλειαν· ου γαρ κατα

Non eſt novum quid, impie Juliane, Jeſum, licet daemones eum cognoſcant, deumque eſſe confiteantur, nihilo tamen ſecius a principe daemonum, regnum ejus haud profeſſo, tentari: non enim eodem tempore, ſed

κατα τον αυτον χρονον, αλλα προτερον μεν αγωνιζεται αγνοων· ἡττηθεις δε ὑστερον, γνωριζει και ὁμολογει την βασιλειαν αυτου λεγων· οιδαμεν σε, τις ει· συ ει ἁγιος του Ισραηλ. Ου γαρ προ του βαπτισματος ταυτα ὁμολογει; αλλα μετα το βαπτισμα, και το πειρασθηναι, και καθελθειν εκ της ερημου νικησαντα τον διαβολον κατα την σαρκα καθ ἡν και επειραζεν

ſed prius, et inſcius quidem cum eo dimicat; deinde vero victus, imperium ejus agnoſcit atque confitetur hiſce verbis: *noſcimus te, quis ſis; tu es ſanctus Iſraelis!* Haud enim ante baptiſma haec profitetur, ſed poſtquam et baptizatus et tentatus eſſet Jeſus, redieritque ex deſerto, victor diaboli ſecundum carnem, ſecundum quam tenta-

επειραζεν αυτον· ου γαρ ειδως τον θεον λογον επειρασεν αν· πασιν γαρ κατ' ουσιαν ὁ θεος εστιν αγνωστος· αλλα κατα την σαρκα καθ ἡν αληθως και επεινασε και επειραθη. Αλλα Μωσης, φησιν, ἡμερας τεσσαρακοντα νηστευσας ελαβε τον νομον· Ηλιας δε τοσαυτας νηστευσας θειων αυτοψιων ετυχεν· Ιησους δε, τι μετα τοσαυτην νηστειαν ελαβεν; ουκ ισον

τῳ

tentaverat eum. Is enim Deum verbum, eſſentia ſua omnibus ignotum, haud cognoſcens, eum modo tentavit ſecundum carnem, quae et revera famem tentationemque paſſa eſt. Sed Moſes, inquit, poſtquam quadraginta dies jejunaverat, legem accepit; Eliae vero, poſt idem tempus jejunio peractum, divinae contigerunt revelationes: Jeſus autem, quid poſt idem je-

junium

Digitized by Google

τῳ λαβειν νομον, και θεοπτιας αξιωθηναι, το λαβειν ευαγγελιον, και κηρυξαι την των ουρανων βασιλειαν. Τοσουτον δε διαφορον, ὁσον ουρανος διαφερει της γης, και το αθανατον του θνητου, και το αϊδιον του προςκαιρου. Το δε επι παντι ρηματι θεου, ου περι διδασκαλιας λεγει· αλλα προς τον πορισμον της τροφης· προ γαρ την εκεινου προκλησιν ατοπον ουσαν, το,

junium accepit? Haud aequalis obtinet ratio inter utrumque, legem accipere, divinarumque dignum cenſeri revelationum, atque evangelium accipere et regnum coelorum praedicare. Tanta enim inter utrumque differentia, quanta coelum inter eſt ac terram, immortale et mortale, aeternum et temporarium. Illud vero, *omni verbo Dei*, non doctrinae cauſa dicit, ſed propter comparationem cibi: ante provocationem

το, ειπε ἱνα ὁι λιθοι αρτοι γινωνται, ὡς παντι τοπῳ ὑπο αρτου διαταφηναι οφειλοντες τα εν τη ερημῳ γενομενα, υπομιμνησκων αυτου ελεγεν ὡς ου χρειαν αρτων τω θεω. Και ανευ γαρ αρτων θεος εν ερημω διετρεψε τον Ισραηλ, και αυτον διαθρεψαι δυναται, καθως αν βουληται ρημα, λεγων την ποιητικην βουλησιν του θεου. Μωσης δε και Ηλιας νηστευσαντες

nem enim diaboli abſurdam, *jube ut lapides iſti panes fiant*, quaſi neceſſe omnino eſſet, ut omnia quae in deſerto facta eſſent, a pane diſſolvi deberent, commonuit eum, dicens, *non opus habet deus panibus.* Etenim Deus abſque pane Iſraelem nutrivit in deſerto, et nutrire eum poteſt prout vult *verbum*, divinam (*verbo*) indicans creatricem voluntatem. Moſi quidem et Eliae,

 ad

στευσαντες ου συνεχωρηθησαν πειραθηναι ὑπο του διαβολου, προς ἑτερα σπευδοντες μικροτερα: ὁ δε Σωτηρ αναγκαιως συνεχωρηθη προς την καταλυσιν του θανατου πολιτευομενος, και λυσιν της προτερας αποφασεως. Προς γαρ τας νομοθεσιας του θεου σπευδει και ὁ διαβολος εκτρεπειν και απαταν τους ανθρωπους, εν ὁις αν ενεστι το εφ ἡμιν. το δε ανεχθειν και λαβειν

ad minora alia properantibus, haud permiſſum eſt tentari a diabolo: Redemptori vero, cui diſſolutio mortis priorisque ſententiae curae erat, neceſſario id permitti debuit. Valde enim diabolus homines contra divinas legislationes in iis, quae in poteſtate noſtra poſita ſunt, deflectere atque decipere cupit. Illud vero, ut lex ederetur ſuſcipere-

Digitized by Google

λαβειν τον νομον ὁ διαβολος ανελειν ουκ ηδυνατο. Τουτο γαρ ην επι τῳ θεῳ, και ουκ επι τω Μωσει. Ἁ δε εστιν εφ ἡμιν ποιησαι, και μη ποιησαι, εν τουτοις και απαντας συγχωρειται, ὁπερ και επι του Αδαμ εποιησε. Το γαρ οψασθαι του ξυλου, και μη του εφ ἡμιν και αυθαιρετον· επει ουν δια πολιτειας και του αναμαρτητου εδει καταλυσαι την του θανατου αποφασιν

pereturque, cum non in Moſis ſed in Dei eſſet poteſtate, diabolus impedire haud potuit. Conceſſum tamen illi eſt, in illis nos decipere, quae facere atque omittere in noſtro poſita ſunt arbitrio. Ita quoque Adamum decepit: conſpectus enim arboris, licet non in poteſtate noſtra poſitus ſit, ſpontaneus tamen eſt. Cum igitur ipſum Jeſum, qui abſque peccato eſſet, peccatorum

 cauſa

φασιν, πασχοντα ὑπερ ἁμαρτολων αυτον αναμαρτητον οντα· ουκ εδεικνυτο δε αναμαρτητος ὁ μηπω κατα παντα πολιτευσαμενος και εν πασιν αγωνισαμενος προς την ἁμαρτιαν. Δια τουτο εξ αναγκης συγχωρειται πειρασθηναι ὑπο του διαβολου, ὡς βουλεται αυτος ὁ διαβολος, ἱνα καθαρως αναμαρτητος οφθῃ, ου τῳ μη πειρασθηναι, αλλα τῳ φυλαξασθαι πειρασθεις.

cauſa curis atque innocentia ſua pati, ſententiamque mortis aufferre oporteret, non tamen expers peccati monſtrabatur, qui nondum ubique verſatus eſſet et in omnibus cum peccato dimicaverit. Propterea neceſſario opus erat, eum a diabolo ad arbitrium ipſius tentari, ut manifeſte peccati expers eſſe videretur; non quidem quod non tentatus eſſet, ſed quod in ten-

Digitized by Google

σθεις. Τι δε θαυμαζεις, ὁτι μη οντος ὁρους ὑψηλου εν τη ερημω, λεγεται ὁ διαβολος αναγαγειν αυτον εις ὁρος ὑψηλον λιαν; εν στιγμη γαρ χρονου λεγει πεποιηκεναι, σαφως δεικνυς φαντασιαν ὁρους τον διαβολον πεποιηκεναι, και οικουμενην βασιλευομενην προς ανθρωπον ὁραν ὁυτω δυναμενον· ου γαρ καθω θεος ην, η επειραζεν

tentatione ſeſe probaverit. Quid vero miraris dici: *eum a diabolo ductum fuiſſe in montem excelſum*, quamvis in deſerto mons haud ſit excelſus? In momento enim temporis factum id eſſe dicit, bene indicans, viſionem montis a diabolo procreatam fuiſſe, eumque in modum orbem terrarum, cui imperaturus eſſet, ſecundum humanam naturam a Jeſu videri potuiſſe. Secundum divinam enim naturam neque tentatus eſt, neque

επειραζεν ὁ διαβολος, η επειραζητο· τουτο γαρ ουκ ην πειρασθηναι, αλλα απατησαι μαλλον. Αλλα πως, φησιν, εις το πτερυγιον του ἱερου τον κυριον αννηγαγεν ὁ διαβολος οντα εν τη ερημω; διοτι ουκ επ᾽ απολειψει του ερημου εις το πτερυγιον ανηγετο, ὁθεν τω εν ολιγω απολειφθηναι και ουκ εν πολλω, και ὡς εκεισε παλιν επανελευσομενος; Ου λεγεται γαρ εξελη-

neque eum tentavit diabolus: hoc enim potius erat deceptio, quam tentatio. Sed quomodo, pergit Julianus, dominum, cum in deſerto eſſet, diabolus duxit in pinnaculum templi? Quare non, cum a deſerto, quod brevi praeterea temporis ſpatio relicturus erat, diſcederet, in pinnaculum ducebatur, cum jam in illud iterum redire oporteret? Neque de Jeſu narratur eum rediiſſe ex

Digitized by Google

ἐξεληλυθεναι εκ της Αιγυπτου· ωσπερ γαρ τις εν πολει η οικια γενομενος, ὁσας αν ἡμερας η μηνας ἢ ενιαυτους εν τη οικια η τη πολει εκεισε λεγεται ποιησαι, κἂν εξω ποτε γενηται, ουκ επ᾽ απολειψει τε-λεια της πολεως η της οικιας· ὁυτω και ὁ Χριστος ἀναχθεις εις την ερημον πει-ρασθηναι, κἂν εξω της ερημου πειραζομε-νος εγενετο, ουκ επ απολειψει της ερη-

μου,

ex Aegypto. Quemadmodum enim de homine, qui dies, menſes, vel annos in urbe vel domo quadam commoratus eſt, etiamſi aliquando diſceſſerit, totum tamen commo-rationis tempus haud ante integram urbis vel domus derelictionem computatur: ita quoque Chriſtus, qui in deſertum, ut ibi tentaretur, ſubductus, licet extra id, non tamen poſtquam ex eo egreſſus eſſet, ten-

tatus

μου, εικοτως εν τη ἐρημῳ λεγεται ειναι, τεσσαρηκοντα ἡμερας εποιησε μη εξεληλυθως του ερημου. Το δε· ουκ εκπειρασεις κυριον τον θεον σου, ου λεγει, ὅτι εμε, ει και θεος ην· ου γαρ ὡς θεον επειραζεν ὁ διαβολος, ουδε ὡς θεος πειραζομενος απεκρινατο· αλλ᾽ ὡς ανθρωπος αληθως πειραζομενος τα των ανθρωπων απεκρινατο, το μη εκπειρασαι τον θεον·

ὁ

tatus fuerit, merito in deſerto fuiſſe dicitur, adeoque quadraginta dies ex eo haud egreſſus, tranſegit. Verbis vero: *non tentabis dominum deum tuum*, licet deus eſſet, haud ait; *non tentabis me:* diabolus enim eum non ſicut Deum tentavit; neque ut Deus, ſed ut homo, qui revera tentabatur, verba humana reſpondit: *non tentabis Deum.* Qui

enim

Digitized by Google

ὁ γαρ εκπειραζων τον θεον φαινεται μη πιστευειν αυτῳ, αλλα τυχον ζητων πιστευσαι. Διηλεγξεν ουν αυτου την κακιαν κυκλω και εκ περιοδου εις το απιστησαι αυτον τω θεω προςαγοντος, δια του δοκειν πανυ πιστευειν αυτῳ. Κακεινο δε λεκτεον, ὁτι απο της πειραζομενης ανθρωποτητος ελεγετο, κυριον τον θεον σου προσκυνησεις, και αυτῳ μονου λατρευσεις, ουκ

enim Deum tentat, is Deo haud quidem credere, ſed fidem fortaſſe quaerere videtur. Jeſus igitur malitiam diaboli refellit, qui per ſimulatam in Deum fiduciam circulo atque ambagibus ad diffidendum inducere eum voluit. Et hoc quidem dicendum, quoniam dictum eſt de humana natura tentata: *Dominum Deum tuum adorabis et illi ſoli ſervies*; neutiquam tamen ab

Digitized by Google

ουκ εξαιρων της προσκυνησεως του πατρος τον θεον λογον, και το ἁγιον πνευμα.

ab adoratione Patris ſejuncto Verbo divino atque Spiritu Sancto.

NOTAE.

Theodorus hoc fragmento ea refellit, quae Julianus in libris deperditis contra hiſtoriam tentationis Chriſti temere expoſuerat. Ex quo Juliani argumenta contra veritatem totius narrationis, a Matthaeo et Luca traditae, ea fuiſſe apparet: et primo quidem, *abſurda fuiſſe ipſa diaboli, qui divinam Jeſu naturam dignitatemque cognoſceret, ad tentandum eum conamina*; deinde vero: *Moſen et Eliam, qui longe majora patraverint ac Jeſus, quadraginta quidem dies jejunaſſe, haud tamen a Diabolo tentatos fuiſſe.* Ipſam denique narrationem, ob internos, quos illi ineſſe poſtulat, falſitatis characteres pro ſpuria, et abſurda venditat. Chriſti enim tentationem haud in viſione, ſed in natura accidiſſe putans, *montem excelſum in deſerto Judaeae eſſe negat*, interrogatque, *cur Diabolus Jeſum, cum adhuc in deſerto commoraretur,*

in

in pinnaculum templi conſtituerit, ex quo iterum in deſertum eum redire oportuiſſet? Quare non potius ex deſerto paucos poſt dies egreſſum in pinnaculum duxerit? Haec quidem ſunt argumenta, quibus Julianus veritatem tentationis evertere conatus eſt; quorum nonnulla Theodorus modo excerpſit, modo ita confutavit, ut ejus ex verbis ſententia Juliani appareat. Nonnulla vero ipſius, ut videtur, Juliani verba inſeruit, quae, quo melius ſimul legantur, iterum exſcribere placet. Ea autem ſunt. Αλλα Μωσης ἡμερας τεσσαρακοντα νηστευσας ελαβε τον νομον· Ηλιας δε τοσαυτας νηστευσας θειων αυτοψιων ετυχε· Ιησους δε, τι μετα τοσαυτην νηστειαν ελαβεν; ουκ ισον τῳ λαβειν νομον, και θεοπτιας αξιωθηναι, το λαβειν ευαγγελιον και κηρυξαι την των ουρανων βασιλειαν. Τοσουτον δε διαφορον, ὁσον ουρανος διαφερει της γης, και το αθαναθον του θνητου, και το αϊδιον του προςκαιρου. Et paullo inferius: Αλλα πως εις το πτερυγιον του ἱερου τον κυριον ανηγαγεν ὁ διαβολος οντα εν τῃ ερημῳ; διοτι ουκ επ᾿ απολειψει του ερημου εις το πτηρυγιον ανηγετο; ὁθεν τῳ εν ολιγῳ απο-

απολειφθηναι, και ουκ εν πολλῳ, και ὡς εκεισε παλιν επανελευσομενος. Haec quidem Julianus, ubique hiſtoriam evangelicam acerrime inſectatus, heic qnoque novum inſenſi in divinum religionis conditorem animi documentum edens. Confutationis Theodori praeter hoc noſtrum fragmentum ſupereſſe videntur tria alia, non tamen in iis Juliani mentione facta, quorum primum alterumque latine habetur in Conſtituto Vigilii. cap. VI, ubi verba Matthaei IV, *ducebatur a ſpiritu*, expoſita ſunt, et cap. XXVII ad verba, *et accedentes angeli miniſtrabant ei.* (Labbei Concil. Tom. V.) Tertium denique graece exſcribimus ex Poſſini catena P. P. in Matthaeum ad cap. IV. Ita enim hoc loco Theodorus: *Ὁτε ὁ Χριστος επεινασεν, ὡς γεγραπται, τοτε ὁ διαβολος επιτιθεται πειρασων· επει ουδε πανυ τεθαυμακε την εν τεσσαρακοντα ἡμεραις νηστειαν, γινωσκων τον Ηλιαν τοσαυτας ἡμερας νηστευσαντα· διο και θαρρησας προσεβαλεν, ὁμοιον εκεινῳ νομισας ειναι, και ου θεον.*

Omnibus a Juliano contra hiſtoriam tentationis editis objectionibus egregie Theodorus reſpondit. Primo quidem: diabolum, eo tempore, quo Jeſum tentaret,

Digitized by Google

taret, qui, nuper baptismate ad divinum miniſterium initiatus, nulla adhuc alia divinae auctoritatis publica edidiſſet documenta, nondum eum cognoviſſe, vel ſaltem tanta illi ineſſe χαρισματα compertum haud habuiſſe. Opus vero haud fuiſſe, ut Moſes et Elias, qui, licet immortaliter de popularibus ſuis meruiſſent, nihil tamen feciſſent dignum, quod cum vita actionibusque redemptoris compararetur, tanta virtutis et obedientiae ederent ſpecimina, totque de tentationibus victorias reportarent, ex quibus majus quid humana conditione iis ineſſe pateret. Quidquid denique contra internam tentationis in monte probabilitatem argumentatur Julianus, una hac aſſertione, inſolenti quidem, haud tamen propterea rejicienda, refellit: omnia haec in viſione Jeſu oſtenſa fuiſſe, atque in viſione accidiſſe. Brevibus hiſce totam Theodori ſententiam declaraſſe mihi videor; ſuperſunt tamen nonnulla de quibus pauca diſſerere juvabit.

Οιδαμεν σε τις ει.

Ita daemoniacus exclamavit a Jeſu in ſynagoga Caphernaitarum ſanatus. Marc. I, 24. Novam heic, quae hactenus haud occurrit, textus lectionem habet

 Theo-

Digitized by Google

Theodorus: Legunt enim omnes codices: *συ ει ὁ ἁγιος του θεου.* Noſter vero ſolus: *ὁ ἁγιος του ισϱαηλ.*

Κατα την σαϱκα.

Theodorus in toto hoc commentario divinam Chriſti naturam, ſecundum quam tentari nullo modo potuit, ab humana bene diſtinguit. Tot enim ſunt et veteris et recentioris eccleſiae doctores, qui Theodorum de incarnatione recte et orthodoxe docuiſſe adverſus obtrectatores ejus affirment, totque ejus de hoc dogmate extant fragmenta, ut in dubium vix vocari queat, quid de incarnatione Chriſti ſtatuerit. Quibus pro orthodoxia Theodori argumentis noſtrum denique fragmentum accedit, in quo Deum verum eum praedicat, *θεον λογον* dicens, addensque de eo verba, *πασιν γαϱ κατ' ουσιαν ὁ θεος εστιν αγνωστος*, jungitque: *ει και θεος ην*· et: *ου γαϱ ὡς θεον επειϱαζεν ὁ διαβολος*: atque ultimis denique verbis *τῳ θεῳ λογῳ* eandem, quam patri, adorationem vindicat. Ita quoque in Pſ. XLIV, 8., quem de Chriſto interpretatur, *unitatem ibi perſonae demonſtratam, diviſas vero naturas eſſe*, docet. (Facundi

cundi Hermian. L. IX. c. I.) Clarius idem exponit in commentario in Matthaeum, cujus fragmentum in eodem opere exhibet Facundus: *dominus Chriſtus*, inquiens, *erat quidem et Deus et homo, utrumque ſecundum naturam ſimiliter; ex altero quidem apparens, ex altero vero, utpote ſecundum naturam divinam, inviſibilis extans; erat autem unum omnibus manifeſtum, utpote quod apparebat: hominem enim eum omnes tunc temporis aeſtimabant eſſe, et amplius nihil. Quod enim in illo latebat, omnibus erat incredibile priore tempore.* Ipſe denique in opere contra Apollinariſtas diſertis clariſſimisque verbis ſententiam ſuam declaraverat: *ſi vero aliquis interrogare voluerit quid tandem eſſe dicam Jeſum Chriſtum, dico Deum et filium Dei.* In quibus omnibus nihil prorſus inveneris, quod Neſtorianorum dogma de duabus in Chriſto perſonis ſapiat. Plura praeterea de orthodoxia Theodori habentur teſtimonia in Facundi hermianenſis defenſione trium capitulorum, ex ipſis ejus operibus, eo tempore extantibus, deſcripta; quorum imprimis unum conſulendum cenſeo, in quo Theodorus de Apollinariſtis conqueritur, *eos illum*, Theodorum ſcilicet, in opuſculo quodam ab iis vulgato, *dicere feciſſe, quod oporteat putare et dicere duos filios*, licet ipſe in opere

 ſuo

ſuo adverſus eos, contrarium de uno ſaltem filio credendo, manifeſte demonſtraviſſet: ex quo porro patet, quanta ſit fides inimicis Theodori, poſt fatum ejus clamitantibus, iis in fragmentis habenda, quae, quo melius heterodoxiae eum convincerent, ex operibus ejus excerpſere; ſi vivo adhuc eo falſa ex interpolatis ejus ſcriptis dogmata ſupponere auſi ſint.

Ρημα.

Vox ex verbis Jeſu ad diabolum mutuata Matth. IV, 4. et Luc. IV, 4. ubi idem ſignificat ac דבר, *res*, ſ. *negotium*. Maluit autem Theodorus aliam ejusdem vocis hebraicae ſignificationem, a *jubendo* derivatam, quae in N. T. etiam ſaepius occurrit; Luc. III, 2. V, 5. Hebr. I, 3. XI, 3. quam porro ad creatricem Dei potaſtatem extendit, ut verba docent, quibus ipſe ρημα interpretatur: λεγων την ποιητικην βουλησιν του θεου. Reſpexiſſe forte videtur ad Pſ. XXXIII, 6. ubi דבר eundem omnino ſenſum habet.

Και μη του εφ ἡμιν, και αυθαιρετον.

Subtilis haec diſtinctio: non id quidem fuiſſe in poteſtate Adami, videre vel non videre arborem, quod

quod ſcilicet evitare haud potuiſſet; actum tamen conſpiciendi arbitrarium fuiſſe. Ita quidem facilior oriri mihi videtur interpretatio. Uſus enim eſt Theodorus termino, ἐφ ἡμιν, philoſophis ſolemni, licet in ſingulari ad Adamum referendus ſit. Tentationis vero Adami heic meminit Theodorus, morem ſecutus apoſtoli atque patrum, comparationem Chriſtum inter et Adamum ſaepius inſtituentium. Ita quoque tentatio, in qua ſuccubuit Adamus, confertur cum tentatione, ex qua victor egreſſus eſt Chriſtus. *Antiquus hoſtis primum hominem,* verba ſunt Gregorii M. in Homil. XVI, *tribus tentationibus pulſavit, ... ſed quibus modis primum hominem ſtravit, iisdem modis ſecundo homini, id eſt Chriſto domino, tentator ſuccubuit.* Similia tradunt Caſſianus in Collatione V, cap. 6. et Chryſoſtomus. ad Matth. h. l. in catena Patrum.

Φαντασιαν ὀρους.

Socium hac in expoſitione Matth. IV, 5 Theodorus habet Cyprianum in ſermone *de jejunio et tentatione Chriſti: phantaſticam et non realem fuiſſe hanc aſſumtionem, quales ſunt viſiones Ezechielis,* docentem:

Digitized by Google

centem: quam tamen alii plurimi patres, ex dignitate Chriſti haud fore putantes, ut a diabolo fictitia quadam viſione deciperetur, haud probarunt. Nonnullos vero ſtatuiſſe, oſtenſionem omnium orbis regnorum, (nulli enim την οικουμενην ſaepius Palaeſtinam ſignificare placuit innotuitue) Chriſto a Diabolo ob oculos poſitam, phantaſticam tantum fuiſſe, teſtis extat Theophylactus Bulgarorum Archiep. Τινες, aiens, μεν λεγουσιν, ὁτι κατα διανοιαν αυτῳ ὑπεστησατο ταυτας (Viſiones.)

Ου λεγεται γαρ εξεληλυθεναι εκ της Αιγυπτου.

Contrariam aſſertioni huic legimus Matth. II, 20. ubi reditus ſacrae familiae ex Aegypto in Galilaeam traditur. Totus hic locus obſcuritate laborat, et nullum omnino neque cum antecedentibus, neque cum ſequentibus, habet nexum: corruptum inde, truncatumque eum crediderim; quod, cum hauſtus ſit ex catenis, in quibus ſaepius verba omittuntur, eo facilius evenire potuit. Notandus tamen eſt diſſenſus Theodori a Matthaeo; ex quo audacem eam quidem conjecturam proponere, nullo vero modo tueri, audeo: Theodorum

rum

Digitized by Google

rum bina priora Matthaei capita aut in codicibus ſuis haud legiſſe, aut harmonia quadam iis carente, utpote forte Nazaraeorum evangelio ſyro-chaldaico, de quo Hieronymus in catal. c. 3., vel Tatiani διατεσσαρων, quod inter codd. bibl. Vat. arabicos latere dicitur, uſum heic fuiſſe.

FRAGMENTUM IV.

Αλλα και τοιαυτα προσευχεται, φησιν, ὁ Ιησους, ὁια αθλιος ανθρωπος συμφοραν φερειν ευκολως ου δυναμενος, και ὑπ αγγελου θεος ων ενισχυεται. Τις δε και ανηγγειλε σοι Λουκα περι του αγγελου

Et talia quoque, inquit, Jeſus orat, quae miſer homo calamitatem ſuſtinere haud potens orat, atque, licet Deus ſit, ab angelo corroboratur. Quis vero tibi, Luca, renunciavit de angelo, quomodo ſucceſſerit

 id,

Digitized by Google

λου, ὅπου ει και γεγονε τουτο; ουδε ὁι τοτε παροντες ευχομενῳ ιδειν ὁιοι τε ησαν, ἐκοιμωντο γαρ· διο και απο της προσευχης ελθων ἑυρεν αυτους κοιμωμενους απο της λυπης, και ἐιπε· τι καθευδετε; ανασταντες προςευχεσθε, και τα εξης. Ειτα, και ετι τουτο λαλουντος, ιδου οχλος πολυς και Ιουδας· διο ουδε εγραψε Ιωαννης, ουδε γαρ ειδε. Ταυτα Ιουλιανος.

Ουκ

id, cum diſcipuli, qui tum in vicinia orantis eſſent, videre haud valerent? dormiverunt enim. Quamobrem eos, ab oratione veniens, prae maeſtitia dormientes reperit dixitque, quid dormitis? Surgite et orate etc., et inferius: adhuc eo haec loquente, ecce turba magna et Judas. Propter id quoque Johannes, qui nihil viderat, nihil ſcripſit. Haec Julianus. Haud eſt

forti-

Digitized by Google

Ουκ ανδρειας εστι τε και σοφιας το μη φοβεισθαι τα φοβερα, αλλα το και τοιαυτα ειδοτι, ομως συν λογῳ ποτε καταδεχεσθαι. Θανατου γαρ ανθρωποις ουδεν φοβεροτερον, κ'αν ὑπερ του ευεργετησαι τινας ῃ. Επει ουν και ὁ Χριστος κατα την σαρκα την ληφθεισαν ανθρωπος αληθως κατα φυσιν ην, εν του πατρος κατταγομενος λογισμῳ και κρισει πολιτευομενος·

fortitudinis atque ſapientiae documentum, non expaveſcere terribilia, ſed, cum talia bene cognita ſint, prudenter ea aliquando ſuſtinere. Nihil enim hominibus morte terribilius, licet eam ob beneficia collata patiaris. Cum igitur Chriſtus ſecundum carnem aſſumtam verus homo natura conſtitutus eſſet, neceſſe quoque erat ut patris conſilio duceretur atque judicio ejus obedientiam praeſtaret.

Sed

νος· αλλ ουκ εν σχηματι και δοκησει πολιτευεσθαι δοκων, δειλια τον θανατον κατα φυσιν ανθρωπων, και ευχεται, και ενισχυεται ὑπο αγγελου. Της μεν ψυχης αυτου προθυμουμενης λογισμω ἁιρεισθαι ὑπερ παντων τον θανατον, του δε σωματος διαπιπτοντος τῃ δειλιᾳ, αληθως ουν ανδρειαν ψυχην ην θεασασθαι εν ασθενεια σωματος λογισμῳ μονῳ προς την

φυσιν

Sed cum non in figura tantum atque apparitione obedire vellet, mortem quoque ſecundum humanam naturam timuit, oravitque, et ab angelo corroboratus eſt. Anima enim ejus conſilio, mortis in ſalutem omnium eligendae, inhaerente, corpore autem prae timore vaneſcente, fortem ſane animam, in infirmitate corporis ſolo ſuo conſilio cum natura dimicantem, victricem-

que

Digitized by Google

φυσιν μαχομενην και κρατουσην. Μη ουν συγχες τα λεγομενα ὑφ ἡμων· ου γαρ, επειδη θεον λεγομεν τον Χριστον κατα την αϊδιον και αναρχον εκ θεου και πατρος φυσιν, ουχι και ανθρωπον αληθως ὁμολογουμεν αυτον κατα την προςκαιρον και μετα πολλας γενεας γενομενην εξ ανθρωπων διαδοχην. Ου γαρ τῳ μετακληθηναι λεγομεν γενεσθαι τον θεον λογον

que videre erat. Ne igitur verba noſtra confundas: cum enim Chriſtum dicamus Deum ſecundum aeternam atque increatam ejus ex Deo et Patre naturam, nonne etiam eum hominem verum confitemur, ſecundum ſucceſſionem ejus ex hominibus temporariam, atque poſt multas generationes factam? Non enim vocatione, ſed ſuſceptione carnis, Deum verbum carnem eſſe factum

Digitized by Google

γον σαρκα, αλλα τῳ αναλαβειν σαρκα. Μαθειν δε τον Λουκαν περι του αγγελου πολλαχοθεν ην δυνατον· πρωτον μεν παρα Πετρου και των Ζεβεδαιου ὑιων ευχομενω παροντων τῳ Ιησου· επειτα και παρ αυτου μετα την αναστασιν τεσσαρακοντα ἡμερας αυτοις συναυλιζομενον. Ουκ εγραψε δε τουτο Ιωαννης ειδως· επει και αλλα μυρια ειδως ουκ εγραψε, ταχα

factum dicimus. Multis autem ex locis Lucas de angelo diſcere potuit: primo quidem a Petro et a filiis Zebedaei, qui cum Jeſus oraret praeſentes eſſent: dein quoque a Jeſu ipſo, poſt reſurrectionem quadraginta per dies cum illis commorato. Johannes vero, hoc licet probe noverit, haud ſcripſit, cum et alia pluri-

Digitized by Google

χα και διοτι ὁυτος εφθη γραψας· πως δε εκεινο ουκ καθορας, ὡς ουχ ἁμα τῳ ευχεσθαι τον Ιησουν καθευδοντες ὁι μαθηται παραδεδονται, ἱνα μηδε θεασωνται τον αγγελον, ειγε ενεδιδοτο προς το θεασασθαι· ουδε γαρ πορρω θεας και ακοης ησαν. Παρατεινομενης δε της ευχης αυτῳ, συνεβαινε τοις μαθηταις το βαρεισθαι τε και καθευδειν· αλλως δε και τριτον προ-

plurima, bene ſciens, omiſerit, facile et in hoc quoque a Luca jam praeventus. Quomodo vero non animadvertis, quod haud omnes diſcipuli, ſimulac Jeſus oraret, ſommo dediti eſſent, ut angelum, ſimodo videndum ſeſe praebuerit, non vidiſſent? Non enim procul erant a viſu atque auditu: prorogata enim ab illo oratione, evenit diſcipulis ut ſomno gravarentur et dormirent. Prae-

Digitized by Google

προσευξαμενου κὰι διυπνιζομενων εις το προσευχεσθαι, ὁραν δε τον αγγελον συνεβαινεν εν νυκτι πανσεληνω· και ανευ δε φωτος του εν νυκτι πολλω περιαστραπτομενου φωτι, η και αυτου του Ιησου *παραδηλωσαντος αυτοις τοτε τα παρακολουθησαντα αυτω προσευχομενω, ἱνα μαλλον αυτους εις προσευχην διαναστηση.*

Praecipue vero in nocte plenilunio illuſtrata videre potuerunt angelum, cum tertia jam vice oraret, illique ipſi expergefacti eſſent ad orandum. Et absque luce hac, multum in nocte ſplendorem reddente, vel ab ipſo Jeſu, quo melius ad orationem incitarentur, de illis, quae inter orandum ei eveniſſent, edoceri potuerunt.

N O T A E.

Fragmentum hoc anepigraphum in ſchedis bibliothecae corſinianae inveni; mihi tamen, cum ad-

ve[illegible]s

verſus Julianum ſcriptum ſit, atque Theodorum ubique, licet nomen ejus expreſſum in fronte haud legatur, auctorem indicet, illi tribuendum eſſe, perſuaſum eſt. Ita quoque vir doctus, ex cujus id ſchedis exſcripſi, judicavit. Is enim: *videtur eſſe Theodori; in titulo enim nomen ejus expreſſum non eſt.* Initium fragmenti alterum exhibet Juliani ex libris ejus deperditis, in quibus hiſtoriam paſſionis invaſerat. Haec enim ſunt ejus verba: Αλλα και τοιαυτα προσευχεται ὁ Ιησους, ὁια αθλιος ανθρωπος, συμφοραν φερειν ου δυναμενος· και ὑπ᾽ αγγελου, θεος ων, ενισχυεται. Τις δε και ανηγγειλε σοι λουκα περι του αγγελου, ὁπου ει και γεγονε τουτο; ουδε ὁι τοτε παροντες ευχομενῳ ιδειν ὁιοι τε ησαν, εκοιμωντο γαρ· διο και απο της προσευχης ελθων ἑυρεν αυτους κοιμωμενους απο της λυπης, και ειπε· τι καθευδετε; αναστantες προσευχεσθε· κ. τ. ε. ειτα, και ετι τουτο λαλουντος ιδου οχλος πολυς και Ιουδας· διο ουδεν εγραψε Ιωαννης, ουδε γαρ ειδε.

Primo quidem Julianus Jeſum fracti et meticuloſi animi arguit; eum oraſſe, quemadmodum hominem miſeria calamitatibusque oppreſſum, qui vires ſuas

Digitized by Google

iis ſufferendis pares haud amplius eſſe, ſentiret; eoque magis Jeſum taxandum eſſe postulat, quod corroborationibus angelorum, licet ipſe Deus eſſet, indiguerit. Ex quibus, cum a Luca tradita ſint, occaſionem arripit fidei ejus hiſtoricae in tradenda hac paſſionis Domini parte oppugnandae. Interrogat enim, quis, cum omnes diſcipuli, ſomno ipſi oppreſſi, apparitionem angeli haud vidiſſent, Lucae illam narrare potuiſſet? et fortiſſimo denique argumento, ex ſilentio Johannis ducto, ſententiam ſuam confirmat. Omnia Lucae effata, contra quae Julianus diſſerit, habentur Luc. XXII, 40-47. Indignum illum atque proſtratum animi ſenſum, quem Julianus Chriſto ad patrem oranti tribuit, nemo, niſi veritati infenſus ſit, cernere poteſt; quin magnae potius conſtantisque mentis atque ſubmiſſae erga voluntatem patris, reluctante licet naturali ſenſu tantis malis, brevi hac oratione ſummum edidit Dominus documentum.

Και ὑπ᾽ αγγελου.

Legitur narratio de apparitione angeli, a quo corroboratus eſt Jeſus, Lucae XXII, 43. habeturque heic clarum ſaeculi IV ineuntis, atque antiquiſſimum id quidem, teſtimonium de genuinitate lectionis, a multis

Digitized by Google

multis criticis ex auctoritate codicum, qui vel plane omitterent, vel aſteriſcis obelisque ſignarent damnarentque, in dubium vocatae. Inter quos imprimis referendi ſunt Alexandrinus, Leiceſtrienſis, Moſquenſes nonnulli atque Vaticanus 1209 et Vindob. Lamb. 31. quorum poſteriorum collationem inſtituit vir amiciſſimus, *Andreas Birch*, editioni N. T. quam parat, inſervituram. Genuinum tamen eſſe et hunc verſum et ſequentem, iisdem dubiis laborantem, judicaverunt viri in arte critica principes. Ex noſtro heic tum Juliani, tum Theodori fragmento patet, lectum eum fuiſſe in utriusque codicibus; ac porro, ſi argumenta ex ſilentio ducere licet, patere videtur: nullum Theodoro, adverſus Julianum fortiter apparitionem vindicanti, contra authentiam totius loci dubium fuiſſe. In eccleſiis igitur dubio procul publice legebatur atque exponebatur; quod ex Chryſoſtomi homil. LXXX in Matthaeum clarius apparet, ut longe recentiores taceam auctores, Theophylactum et Euthymium Zigabenum. Vide quoque ſcholion ex codd. Moſqq. a Matthaeio in editione Lucae (Rigae 1786) excerptum.

Διο ουδε εγραψε Ιωαννης, ουδε γαρ ειδε.

Objectionem antiquam, ab incunabulis inde religionis ad noſtra usque tempora repetitam refutatamque, contra fidem atque veracitatem evangeliorum, ex contradictionibus in iis repertis, Julianus heic ex Joanne contra Lucam proponit. Joannem enim, qui licet una cum Jeſu in horto Gethſemane fuiſſet, cum nihil vidiſſet, nihil ſcripſiſſe; Lucam contra, in angeli apparitione licet haud praeſens fuiſſet, neque ab Apoſtolis, omnibus eo tempore dormientibus, eam potuiſſet ſcire, tanquam rem certam narraſſe. Quibus omnibus, contra veracitatem Lucae directis, egregie reſpondit Theodorus, media enumerans, quibus Lucas de hac angeli apparitione certior reddi poterat. Accipere vero potuiſſe illum omnia ab Apoſtolis, Petro atque Zebedaeis: non enim dictum eſſe, eos totam per orationem Chriſti ſomno captos fuiſſe, ſed naturae tandem ceſſiſſe longius eadem protracta; eosque, dum vigiles eſſent, cum exiguum (ὡσει λιθου βολην. Luc. XXII, 41) Chriſtum inter et eos interjectum fuiſſet ſpatium, omnia et audire et videre potuiſſe. Sin vero nihil omnino prae ſommo vidis-

vidiſſent, ab ipſo domino, tum in horto, in quo, finita oratione cum iis donec traderetur remanſerit, tum poſt reſurrectionem, totam hanc viſionem illis potuiſſe tradi. Ex ſilentio denique Joannis contra Lucam non colligendum eſſe argumentum; cum et alia nulla ipſe omiſerit, atque ultimus omnium evangelium ſuum ſcripſerit. Nota enim eſt antiquae eccleſiae traditio, Johannem caetera evangelia probaſſe, ſuumque ſupplementi loco compoſuiſſe, quam et Theodorus hoc in loco adoptaſſe videtur. Ita quidem is, quamvis et fontes, ex quibus Lucas haurire potuerat, et fontium ipſorum fidem, vindicet, nullo tamen loco ad θεοπνευστιαν provocat. Neglexeritne id argumentum Juliani cauſa, adverſus quem, ex principiis utrique conſtantibus rem chriſtianam atque veritatem narrationis evangelicae probare, ex omnibus ſanae diſceptationis legibus debuit; an Lucae, quippe non Apoſtolo, ſed Apoſtolorum ſaltem diſcipulo, minorem θεοπνευστιας gradum divinitus datum fuiſſe crediderit; an denique laxiorem Theodorus de inſpiratione N. T. habuerit opinionem, qua a Deo ſaltem effectum id ſtatuerit, ut vera, proprio licet genio propriiſque verbis, narrarent: aliis et doctioribus dijudicandum relinquo. Quod quidem ulti-

Digitized by Google

mum ex paucis iis, quae de principiis exegeticis Theodoro probatis novimus, ipſi magis ac priora convenire, probabile eſt. Non tamen ignorandum, hanc, ſi modo fuerit, ejus ſententiam longe diſcedere a placitis antiquiſſimorum patrum, qui nulla plerumque veteris inter et novi teſtamenti auctores diſtinctione facta, inſpirationem divinam arctiori quodam ſenſu inditam iis fuiſſe, ſtatuerunt: cujus eorum ſententiae celeberrimus Athenagorae locus (legat. pro Chriſt. c. 36.) clarus extat teſtis, ubi *divinum Spiritum ſacris ſcriptoribus uſum fuiſſe, veluti tibicinem tibiis*, aſſerit. Et Juſtini Martyris cohortatt. ad graecos: *ſpiritum ſanctum eos impuliſſe, ut plectrum lyram vel citharam pulſat.* Vide porro Clem. Roman. in epiſtola ad Corinth. omnia, quae in ſcriptura dicta ſint, ϱησεις του πνευματος ἁγιου, vocantem; Clementem Alex. qui ſaepius habet, το πνευμα ἁγιον εν τῳ αποστολῳ λεγει, Irenaeum, Origenem, aliosque.

Εν νυκτι πανσεληνῳ.

Recte quidem ſic Theodorus. Paſcha enim judaeorum decima quinta die menſis Niſan celebratum, in plenilunium ſemper incidit. Paſſus autem eſt Chri-

Digitized by Google

Chriſtus pridie της παρασκευης. Laudandus ſane Theodorus, qui ex rebus etiam minoris momenti argumenta pro fide hiſtoriae evangelicae demonſtranda, parvis ludicrisque Juliani objectionibus opponenda, ſumit.

FRAGMENTUM V.

Εκ της προς Ιουλιανον.

Τοιαυτα πολλακις εγινετο και γινεται· και πως ταυτα συντελειας σημεια; αλλ', ει και γεγονε τοιαυτα ουκ επι παντων, ουδε παντα ὁμου, νυν δε ταυτα παντα κατα μερος και ουκ επι πασι γινομενα γενη-

Theodori adverſus Julianum.

Talia ſaepius facta ſunt atque fiunt. Et quo modo ſunt haec conſummationis ſigna? Aſt licet non in omnibus, neque omnia ſimul, facta ſint, nunc tamen omnia haec, par-

Digitized by Google

γενησεται πανταχου. Τοτε ὡστε πασιν ειναι καταφανες εκ τουτων τον κοσμον λυθησεσθαι, ὡσπερ ἀῤῥωστον εν απογνωσει γενομενον, παντων ὁμου των φθειροντων αυτον σημειων συμπεσοντων ες ταυτο, καιπερ πολλακις νοσεισαντος εκ τινος τουτων, και διαφευγοτος τον θανατον, δια το μη ἱκανον γενεσθαι το ἑν διαφθειραι τον ανθρωπον. Ὁταν ουν, φησι, παντα ὁμου

partim neque ubique facta, omnibus in locis evenient, ut omnibus conſpicuum tunc ſit, mundum hiſce ex cauſis quemadmodum infirmum interiturum eſſe, cui, cum omnia ſigna mortalia in hoc uno concurrant, nulla amplius ſupereſt ſpes, licet ſaepius quodam horum aegrotaverit, mortemque evaſerit, cum unum id ad mortem hominis efficiendam haud ſuffecerit. Quando igitur, inquit,

Digitized by Google

ὁμου ταυτα γενηται, λοιμοι και λιμοι, και επαναστασεις εθνων επι εθνη, και βασιλειας επι βασιλειας, και τα αλλα, ἁ ειπε, φοβηρα, και παντα ὁμου κατα παντων κινηθη, τοτε σημαινειν φησιν, εγγυς ουσαν την παρουσιαν αυτου.

quit, omnia haec ſimul evenient, fames atque peſtis, inſurrectiones populorum adverſus populos, et regnorum adverſus regna, atque reliqua omnia, quae dixit, terribilia, et omnia ſimul omnino commovebuntur: tunc vicinum adventum ejus indicari, ait.

NOTAE.

Fragmentum hoc continet reſponſionem Theodori objectionibus Juliani contra Luc. XXI, 8. ſeqq. oppoſitam, quibus is ſigna illa, de quibus Chriſtus loquitur, ſaepius jam in orbe terrarum accidiſſe, mundum tamen adhuc ſuperſtitem eſſe, affirmat, atque ex inductione vaticinia Chriſti evertere conatur.

Digitized by Google

Reſpondet Theodorus, particulares modo antea calamitates hinc et inde ſingulas terrae regiones populosve attigiſſe, nunc vero inauditas prorſus antea atque univerſales eas futuras.

Ad haec noſtra Theodori adverſus Julianum Auguſtum fragmenta adcedunt denique egregia nonnulla exegetica, ex commentariis ejus in ſacram ſcripturam deperditis, quae, cum clarum adeo ubique exhibeant ſenſum, lectori ob oculos poſuiſſe ſufficiat. Primum alterumque exſcripſi Vindobonae ex cod. LXXI. Kollar. catenam patrum in evangelium Lucae nondum editam exhibente; tertium vero Romae in bibl. Corſinia ex ſchedis jam laudatis.

FRAGMENTUM VI.

Ex cod. Vindob. LXXI. catenam in Lucam exhibente. ad Luc. III.

Θεοδωρου.

Ὁ τοινυν Ιωαννης ἁπαντα τον παρεληλυθοτα

Theodori.

Joannes igitur, qui totum tempus praeteritum

λυθοτα χρονον τον μεχρις αναδειξεως αυτου αφανησων, και κατα την ερημον διαγων, ὁυτως ὑπο της θειας κουμενος χαριτος επι τῳ γενεσθαι τοιουτον αυτον, ὁιουπερ γενεσθαι εχρην, τοσαυτῃ λειτουργιᾳ διακονεισθαι μελλοντα, και προδρομον γινομενον δεσποτου Χριστου δια μακρου, τοτε ανεφανη του χρονου ουκ εις την πολιν εξεληλυθως, αλλ' επι την ερημον το οικειον εργον εκτελων· παντα

γαρ

teritum usque ad demonſtrationem Chriſti in obſcuro vitae genere et in deſerto tranſegerat, a divina ſic excitatus gratia, ut talis fieret, qualem fieri eum oporteret, cum talia officia Chriſto domino praeſtare, atque praecurſor ejus brevi fieri deberet, illo denique tempore conſpicuus factus eſt, non in urbes ingreſſus, ſed in deſerto opus

dome-

Digitized by Google

γαρ οὑτως ἡ θεια χαρις γενεσθαι ωκονομησεν· ὡς αν μηδεμια φαυλη τ ς γινηται τοις ανθρωποις ὑπονοια του μελλοντος μαρτυρειν τῳ δεσποτῃ Χριστῳ, ὡς η συγγενειας ἑνεκεν της προς τον Χριστον, συγγενιδες γαρ ησαν αι μητερες αυτων και φιλιας μνημονευον της προγονων, η δια την εκ παιδων συνηθειαν βουλεσται τοιαυτα μαρτυρειν αυτῳ, ὑπο της θειας χαριτος

domeſticum perficiens. Omnia enim, ut ita evenirent, divina gratia diſpoſuit. Joannes igitur, ne hominibus prava de eo, qui teſtis domini Chriſti eſſe deberet, oriretur opinio, eum vel cognationis cauſa, qua cum Chriſto junctus eſſet, (conſanguineae enim matres eorum et amicitiae avitae memores erant,) vel conſuetudinis a pueris inde haec de eo teſtimonia reddere

τος εις την ερημον εξενεχθη, πανταχοθεν επαγομενος του της αληθειας ἑνεκεν μαρτυρειν αυτῳ τα γνωρισματα. Απο δε της κατα την ερημον διατριβης, και απο του ακοινωνητου της διαγωγης τουτο αυτο διαμαρτυρομενος, ελεγε· κἀγω ουκ ηδειν αυτον, αλλ᾽ ὁ πεμψας με βαπτιζειν εν ὑδατι, εκεινος μοι ειπε.

dere velle, a divina gratia in deſertum ductus eſt, et ubique impulſus, ut veritatis cauſa ejus manifeſtaret perfectiones. Propter commorationem vero ejus in deſerto, atque inſociabile vitae inſtitutum illud, ipſum etiam teſtatus dixit: Et ego neſciebam eum, ſed qui miſit me ut baptizarem aqua, is mihi dixit.

FRAG-

FRAGMENTUM VII.

Ex eodem codice, catenam in Lucam exhibente.

Ad Luc. III, 20-23. et Joh. I, 32-34.

Θεοδωρου Μοψουεστιας.

Ευηθεστατον δε αρα κἀκεινο το παρα τινα λέγομενον, ὡς ελαττον ενταυθα του Χριστου δεικνυται το πνευμα, επειδη περιστερα ελαττων ανθρωπου· οπτασια γαρ ην, ου φυσις το φαινομενον· επει και εν πυρι φαινεται θεος· ουχ ἱνα ελαττων φαινηται του εν ανθρωπω φανεντος, ἀλλ'

ἱνα

Theodori.

Inſulſiſſimum illud, quod a quodam dictum eſt, ſpiritum heic minorem Chriſto monſtrari, eò quod columba minor ſit homine. Viſio enim erat, non res ipſa, quae videbatur. In igne enim ipſe Deus apparet, non ut minor appareat illi, quod in homine lucet, ſed ut negotii, quod cum

homi-

Digitized by Google

ἵνα της χρειας κατ᾽ αλληλων την αποκαλυψιν εργασηται. Ὅθεν επει ου φυσις ην το δεικνυομενον αλλα πνευματικη θεωρια, ἑωρα μεν των παρουντων ουδεις· πνευματικη δε αποκαλυψει την θειαν ὁ προφητης εδεξατο, επει περιττον ην το λεγειν ὡς ὁ Ιωαννης εμαρτυρησε· (Λεγει γαρ τεθεασθαι το πνευμα) ειπερ ἁπαντας κοινωνους εσχε της θειας παρουσιας.

hominibus habet, revelationem efficiat. Quamobrem, cum non naturale quid, ſed ſpiritualis eſſet viſio id, quod monſtrabatur, nullus eam adſtantium vidit. Una cum ſpirituali vero revelatione divinam accepit propheta: alioquin ſuperfluum eſſet narrare, Joannem teſtimonium ediidiſſe. Dicit enim, ſpiritum ſe vidiſſe, ſiquidem omnes participes haberet divinae praeſentiae

Digitized by Google

NOTAE.

Θεωδωρου.

Fragmentum noſtrum aliis jam verbis dedit Corderius in catena patrum in Joannem, (Antw. 1630) ex qua, quo utrumque facilius comparetur, id exſcribo. Δηλον δ' εντευθεν, ὡς εν ειδει περιστερας γενομενη ἡ του πνευματος καθοδος, ου πασιν ωφθη τοις παρουσιν, αλλα κατα τινα πνευματικην θεωριαν ωφθη μονῳ τῳ Ιωαννῃ, καθως εθος ην τοις προφηταις, εν μεσῳ πολλων τα πασιν αθεωρητα βλεπειν. Επει περιττον ην το λεγειν, ὡς Ιωαννης εμαρτυρησε, λεγων τεθεασθαι το πνευμα, ειπερ ἁπαντας κοινωνους εσχε της θεας τους παροντας· ευηθεστατον αρα κἀκεινο το παρα τινων λεγομενον, ὡς ελαττον εντευθεν του Χριστου δεικνυται το πνευμα, επειδη περιστερα ελαττων ανθρωπων· οπτασια γαρ ην, ου φυσις, το φαινομενον.

FRAG-

FRAGMENTUM VIII.

Ad Luc. XXIII, 10. ex apographo bibl. Corſiniae.

Θεοδωρου.

Ιησους δε επαχθεις προς Ηρωδην, ουδεν εποιησε σημειον, καιπερ εκεινου επιθυμουντος ιδειν η ακουσαι τι λεγοντος, επειδη ηδει ὡς ουχ ευεργετεθησεται. Τα γαρ σημεια ουχ ἁπλως εποιει, ουδε προς επιδειξιν, ἱνα αυτος θαυμαζηται, αλλ ἱνα εκεινοι πιστευσαντες σωθωσιν. Δηλος γαρ ην ουκ επι τουτω ζητων τι θαυμα, αλλ ὡς μεμηνως

Theodori.

Jeſus vero, coram Herode ductus, nullum fecit miraculum, licet ille valde cupiret miraculum videre, vel ſermones ejus audire: probe ſciens, quod in ipſum non conferretur ab Herode beneficium. Nulla enim fruſtra vel oſtentationis cauſa miracula fecit, quo Herodes eum admiraretur; ſed ut illi credentes, ſalvarentur. Manifeſte vero Hero-

Digitized by Google

μηνως κατ' αυτου, και αξιον οργης τι θεασασθαι προσδοκων· ου γαρ αθωον αφηκεν, καιπερ καταφρονησας, ὡς μηδεν ποιησαι δυναμενον, αλλα στρατιωτικην αυτον ενδυσας εσθητα, απεπεμψε τῳ Πιλατῳ, φιλος γενομενος, ὡς απαλλαγεις ὑποψιας, και κρατησας εχθρου και πολεμιου, εξουδενωσας αυτον ὡς εχθρον μηκετι τι ποιησαι δυναμενον.

Herodes hanc ob cauſam nullum quaeſivit miraculum, ſed ~~inſaniens~~ iratus, et indignatione dignum quid videre exſpectans. Non enim tanquam inſontem, licet ut impotentem eum ſperneret, Jeſum dimiſit, ſed militari eum veſte induens, miſit ad Pilatum, quocum, remota ſuſpicione, reconciliabatur, cum hoſte atque inimico potitus, eum impotentem contemneret.

Digitized by Google

Digitized by Google

Acme
Bookbinding Co., Inc.
100 Cambridge St.
Charlestown, MA 02129

Digitized by Google

BR63 .F72x
Fragmenta patrum Graecorum /
Widener Library 002171478

3 2044 087 835 955

Digitized by Google